ille ſpūs fuerit: q̄ eiꝰ tā ſimplicē mētē tenuit: atq;
in tāto virtutis culmīe erexit. Ubi enī eius animꝰ fuit
q̄ ſi moꝛi ꝓ ꝓximo tā ꝯſtāter decreuit: ⁊ ꝓ tꝑali vita fra
tris vniꝰ ſuā deſpexit: atq; ſub gladio ceruicē tetēdit.
Que ergo vis amoꝛis illud coꝛ tenuit: q̄ moꝛtē ſuā ꝓ
vniꝰ ſalute ꝓximi nō expauit. Scimꝰ certe qꝛ idē vene
rabilꝭ vir ſāctulus ip̄a q̄ elemēta lr̄arũ bñ nō nouerat:
Legis ple legis ꝑcepta neſciebat. Sz qꝛ plenitudo legis eſt chari
nitudo ē tas: legē totā in dei ac ꝓximi dilectiōe ſuauit. ⁊ qđ fo-
charitas ris in cognitione nō nouerat: ei intus viuebat in amo
re. Et q̄ nunq̄ foꝛtaſſe legerat qđ de redēptoꝛe Ioānes
i. Ioā. iii. aplꝰs dixit. Qm̄ ſicut ille ꝓ nobis aīam ſuā poſuit: ſic
⁊ nos debemꝰ ꝓ frībꝰ aīas ponere. tā ſublime aplꝰicum
ꝑceptũ faciēdo: magis q̄ ſciēdo nouerat. Comparemꝰ



ſi placet cũ hac nr̄a indocta ſcia illiꝰ doctā ignoꝛātiā. Nota bñ
vbi hec nr̄a iacet: ibi illiꝰ diſciplina eminet. Nos de ꝟ-
tutibꝰ vacui loq̄mur: ⁊ q̄ſi inter fructifera arbuſta po-
ſiti odoꝛamꝰ poma: nec māducamꝰ. Ille ꝟtutũ fructꝰ
carꝑe nouerat: q̄uis hoc in ꝟbis odoꝛari neſciebat.

Petrus.

q Uidnā q̄ſo te eſſe exiſtimas q̄ boni q̄q; ſubtrahun
tur: ⁊ q̄ viuere ad edificationē multoꝝ poterant:
aut penitꝰ inueniri nequeũt: aut certe iā oī modo rare
ſcunt.

Gregoꝛius.

m Alicia remanētiũ meret̄: vt hi q̄ ꝓdeſſe poterant:
feſtine ſubtrahātur. ⁊ cũ mũdi finis aꝑꝓpiquat
electi tollunt̄ ne deterioꝛa videāt. Hic enī ꝓpheta ait.
Iuſtus perit: et nemo eſt q̄ recogitet in coꝛde ſuo. ⁊ vi- Iſaie lvii
ri miſericoꝛdie colligētur: qꝛ nō eſt q̄ itelligat. Hic rur
ſus ſcriptũ eſt. Aꝑite vt exeāt q̄ cōculcent eā: tollite de Hiere. l.
via lapides. Hic ſalomō ait. Tēpus mittēdi lapides: ⁊ Eccl. iii.
tēpus colligēdi. Quo igit̄ finis mũdi vrget: eo necc̄ ē
vt viui lapides ad edificiũ celeſte colligant̄. q̄tenꝰ hie
ruſalē nr̄a in menſurā ſue ꝯſtructionis excreſcat. Nec Nota.
tñ ita oēs electos ſubtrahi credimꝰ: vt ſoli in mũdo ꝑ-
uerſi remaneāt. qꝛ nunq̄ pctōꝛes ad lamentũ pñie re-
dirēt: ſi nulla eſſent bonoꝝ exēpla que eoꝝ mentē tra-
herent.

Petrus.

i Ncaſſũ ſubtrahi bonos quero: qꝛ perire ꝯcateruа
tim et malos video.

CAPI. XXXVIII. De viſione redēpti ferētine ci-
uitatis ep̄i.

Gregoꝛius.

h Ac de re nihil petre mireris. nā redēptũ ferēti
ne ciuitatis ep̄m vite venerabilis virũ: q̄ ante
hos ferme annos. vii. ex hoc mundo migrauit:
tua dilectio cognitũ habuit. Hic ſicut mihi adhuc ī mo
naſterio ꝓpe poſito valde familiarit̄ iũgebat̄: h̄ qđ ioā
nis iunioꝛis ꝑdeceſſoꝛis mei tꝑe de mũdi fine cognoue
rat: ſicut lōge lateq; claruerat a me req̄ſitus mihi ipſe
narrabat. Aiebat nāq; qꝛ q̄dam die dũ parrochias ſu-
as ex moꝛe circuiret: ꝑuenit ad eccl̄iam beati euthicii

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS

martyris. Aduesperaſcēte aūt die ſtratū fieri ſibi iuxͣ ſepulchꝝ martyris voluit: atqꝫ ibi poſt laborē qͤuit. et nocte media vt aſſerebat nec perfecte vigilare poterat: nec dormiebat. ſꝫ depreſſus vt ſolet grauabatᷣ qͣdā pondere vigilās animꝰ: atqꝫ ante eū idē beatus martyr euthicius aſtitit dicens. Redempte vigilas. Cui reſpondit. vigilo. Qui ait. Finis venit vniuerſe carnis. finis venit vniuerſe carnis. finis venit vniuerſe carnis

Poſt quam trinam vocem viſio martyris cum omnipotentis dei gratia que mentis eius oculis aparebat euanuit: tunc vir dei domini ſurrexit ſeqꝫ ī orationis lamentū dedit. Mox enī illa terribilia in celum ſigna ſecuta ſunt: vt haſte atqꝫ acies ignee ab aqͥlonis parte viderentᷣ. mox effera lōgobardoꝝ gens de vagīa ſue habitationis educta in noſtrā ceruicē graſſata eſt atqꝫ humanū genus quod in hac terra pre nimia multitudine quaſi ſpiſſe ſegetis more ſurrexerat: ſucciſum aruit. Nā depopulate vrbes: et euerſa caſtra: cōcremate eccleſie deſtructe ſunt. monaſteria viroꝝ ac feminarum deſolata. ab hoībus ꝑdia atqꝫ ab oī cultore deſtitute. in ſolitudine vacat terra. nullus hāc poſſeſſor habitat. occupauerunt beſtie: loca q̄ priꝰ multitudo hoīꝫ tenebat. Et qͩ in alijs mūdi ꝑtibus agatᷣ ignoro. Nā ī hac terra in qua nos viuimꝰ: finē ſuū mūdus iā nō nūciat: ſed oñdit. Tanto ergo nos neceſſe eſt īſtantiꝰ etͤna q̄rere: quāto a nobis cognoſcimus velociter tꝑalia fugiſſe. Deſpiciendꝰ a nobis hic mūdꝰ fuerat: etiā ſi blandiretur ſi rebꝰ ꝓſperis demulceret aīmū. At poſtꝙ̄ tot flagellis ꝑmitᷣ. tanta aduerſitate fatigatᷣ. tot nobis qͦtidie dolores ingeminat: qͩ nobis aliud ꝙ̄ ne diligatᷣ clamat? Multa aūt fuerāt q̄ adhuc de electorū factis narrare debuiſſem: ſed hec ſilentio ſupprimo. quia ad alia feſtino.

ſigna futuri.

Deſpiciē dus mūdus eſt.

Petrus.

q Uia multos ītra ſctē ecclīe gremio cōſtitutos: de vita aīe poſt mortē carnis ꝑpēdo dubitare. Uꝰ q̄ſo vt debeas vl̄ q̄ ex ratione poſſit agnoſci: vl̄ ſi q̄ aīaꝝ exēpla aīo occurrūt ꝓ multoꝝ edificatōe dicere. vt hi q̄ ſuſpicantᷣ: diſcāt cū carne aīam nō finiri.

Gregoriꝰ

l Aborioſuꝫ valde hͦ opꝰ ē: ⁊ maxime occupato aīo



atqꝫ ad alia tendēti. Sꝫ ſi ſūt qͥbus ꝓdeſſe valeat: volūtatē meā ꝓculdubio poſtpono vtilitati ꝓximoꝝ. ⁊ inq̄ꝫtum deo largiēte valuero ꝙ aīa poſt carnē viuat: ſubſequēti hoc quarto volumine demōſtrabo.

Finit feliciter liber tertiꝰ. Incipit liber quartus

CA. I. Q̄ etͤna ac ſpūalia ideo a carnalibꝰ minꝰ credātur. q̄ ea q̄ audiūt ꝑ experimētū minime nouerūt.

p Oſtꝙ̄ de paradiſi gaudijs ſculpa exigēteſ expulſus ē primꝰ humani generis parēs: ī huiꝰ cecitatis atqꝫ exilij quā patimur venit erumnā. q̄ peccando extra ſemetipm̄ fuſus: iam illa celeſtis pr̄ie gaudia que priꝰ cōtemplabatᷣ videre nō potuit. In paradiſo quippe aſſueuerat homo verbis dei perfrui: beatoꝝ angeloꝝ ſpiritibꝰ cordis mūdicia ⁊ celſitudīs viſionē ītereſſe. Sed poſtꝙ̄ huc cecidit: ab illo q̄ implebatur mentis lumine receſſit. ex cuiꝰ videlicet carne nos in huius exilij cecitate nati. Audimꝰ quidē celeſtē eſſe patriā. audimꝰ eius ciues angelos dei. audimꝰ eorundem angeloꝝ ſocios ſpūs iuſtoꝝ perfectoꝝ. Sꝫ carnales qͦꝫ q̄ illa inuiſibilia ſcire non valēt per experimētū dubitant vtrū ne ſit quod corporalibꝰ oculis nō vidēt. que nimirū dubietas ī primo parente nr̄o eſſe non potuit. q̄ excluſꝰ a paradiſi gaudijs hoc qͦd amiſerat: qͩ viderat recolebat. Hi aūt ſētire vel recolere audita nō poſſūt. q̄ eoꝝ nullū ſicut ille ſaltē de preterito experimētum tenent. Ac ſi eni ꝑgnās mulier mittatᷣ in carcerem: ibiqꝫ pariat puerum. qui natus puer in carcere nutriatur et creſcat. cui ſi fortaſſe mater que hunc genuit ſolem. lunam. ſtellas. montes et campos. volātes aues. currentes equos nominet. Ille vero qui eſt in carcere natus et nutritus nichil aliud ꝙ̄ tenebras carceris ſciat: et hoc quidem eſſe audiat. ſed quia per experimentum non nouit: veraciter eſſe diffidat. Ita in hac exilij ſui cecitate nati hoīes dum eſſe ſūma ⁊ īuiſibilia audiunt: diffidunt an vera ſint. quia ſola hec infima in quibus nati ſunt viſibilia nouerūt. Unde factū

Cur homineſ nō facile ſpiritualia credant

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

eſt vt ipſe viſibilium creator ad humani generis redē-
ptionē vnigenit⁹ patris veniret: et ſanctū ſpiritū ad
corda noſtra mitteret. quaten⁹ per eū viuificati crede-
rem⁹: q̄ adhuc ſcire per experimētū nō poſſum⁹. Quot
quot ergo hunc ſpiritū hereditatis noſtre pign⁹ acce-
pimus: de vita inuiſibiliū nō dubitam⁹. Quiſquis autē
in hac credulitate adhuc ſolidus nō eſt: debet ꝓculdu
bio maioꝝ dictis fidē p̄bere. eiſq; iā p ſpm̄ ſanctū iuiſi
biliū expimentū habētib⁹ credere. qꝛ ⁊ ſtultus ē puer
ſi matrē ideo eſtimet de luce mentiri: qꝛ ip̄e nihil aliud
q̄ tenebras carceris agnouit. Petrus.

p Lacet valde quod dicis. Sed q̄ eſſe inuiſibilia nō
credit: profecto infidelis eſt. qui vero infidelis eſt
in eo qꝛ dubitat fidem non querit: ſed rationē.

## CA. II. Qꝛ ſine fine neq; infidelis viuat. Grego.

a Udacter dico: quia ſine fide neq; infidelis vi-
uit. Nā ſi ab infideli percunctari voluero quē
patrem vel quam matrem habuerit: protinus
reſpondebit illū atq; illam. Quem ſi ſtatim requiram
vtrum nouerit. quando conceptus ſit. vel viderit quā-
do natus: nihil horum ſe vel noſſe vel vidiſſe fatebitur:
et tamen quod non vidit credit. Nam illum patrem: il
lamq; ſe habuiſſe matrem abſq; dubitatione teſtabit̄.

Qꝛ īfidel' fidē habeat.

Petrus.

f Ateor: q̄ nūc vſq; neſciui qꝛ īfidelis haberet fidē.

Gregorius

h Abent etiā īfideles fidem: ſed vtinā in deū. Quā
ſi vtiq; haberent: īfideles nō eſſent. Sed hic ī ſua
perfidia redarguendi ſunt: hinc ad fidei gratiam pro-
uocandi. qꝛ ſi de ipſo ſuo viſibili corpore credunt quod
minime viderūt: cur inuiſibilia non credunt que cor-
poraliter videre non poſſunt.

## CA. III. Qꝛ tres ſunt vitales ſpiritus creati.

n Am qꝛ poſt mortē carnis viuat aīa ptꝫ ratio: ſꝫ fi-
dei admixta. Tres q̄ppe vitales ſpūs creauit oīps
de⁹. vnū q̄ carne nō tegitur. alium qui carne tegitur:



ſꝫ nō cū carne morit̄. tertiū q̄ carne tegit̄: ⁊ cum carne
morit̄. Spūs nāq; eſt q̄ carne tegit̄ angeloꝝ. ſpūs qui
carne tegit̄: ſꝫ cū carne nō morit̄ hoīm. ſpūs q̄ carne te
git̄ ⁊ cū carne morit̄ iumētoꝝ. oīmq; brutoꝝ aīalium.
Hō itaq; ſic in medio creat⁹ eſt: vt eſſꝫ inferior angelo:
ſupior iumēto. ita aliq̄d habet cōe cū ſummo. aliq̄d cōe
cū infimo. immortalitatē ſcꝫ ſpūs cū āgelo: mortalita-
tē vō carnis cū iumēto. quouſq; ⁊ ipā mortalitatē car
nis glīa reſurrectionis abſorbeat: ⁊ inherēdo ſpūi ca-
ro ſueſt in ꝑpetuū. qꝛ ⁊ ip̄e ſpūs iherēdo ſeruet̄ in deū.
q̄ tñ caro nec in reprobis īter ſupplicia ꝑfecte deficit. qꝛ
ſemꝑ deficiēdo ſubſiſtit. vt q̄ ſpū ⁊ carne peccauerīt: ſē-
ꝑ eſſētialit̄ viuētes: ⁊ carne ⁊ ſpū ſine fine moriant̄.

Triplex ſpūs a dō creatus.

Nota.

Petrus.

r Ationi fideliū placēt cūcta q̄ dicis. Sꝫ q̄ſo te: duꝫ
ſpūs hoīm atq; iumētoꝝ tāta diſtictiōe diſcernas
q̄d ē qd̄ ſalomō ait. Dixi in corde meo: de filijs hoīm vt
ꝓbaret eos de⁹: ⁊ oſtēderet ſimiles eſſe beſtijs. Jccirco
vn⁹ interit⁹ eſt hoīs ⁊ iumētoꝝ: ⁊ eq̄ vtriuſq; cōditio.
Quia adhuc eādē ſuā ſnīam ſubtiliter exequēs adiū-
git. Sicut morit̄ hō: ſic ⁊ illa moriunt̄. Similit̄ ſpirant
oīa: ⁊ nihil habꝫ hō iumēt' ampli⁹. Quib⁹ adhuc xbiſ
generalē diffinitionē ſubinfert dicēs. Cūcta ſubiacēt
vanitati: ⁊ oīa ꝑgūt ad vnū locū. de terra facta ſunt ⁊
in terram pariter reuertuntur.

Eccl'. iij.

Ibidem.

Ibidem.

## CAPI. IIII. De queſtione ſalomonis qua dicitur. Unus interitus eſt hoīs ⁊ iumentoꝝ.

Gregorius.

ſ Alomonis liber in q̄ hec ſcripta ſunt eccl'iaſtes
appellat⁹ eſt. Eccl'iaſtes aūt ꝓp̄e cōcionator dr̄
In cōcione vō ſentētia ꝓmit̄: p quā tumultuo-
ſa turbe ſeditio cōprimat̄. ⁊ cū multi diuerſa ſētiūt: p
cōcionāt' rōne ad vnā ſnīam ꝓducunt̄. Hic igit̄ liber
iccirco cōcionator dicit̄. qꝛ ſalomō in eo q̄ſi tumultuā-
tis turbe ſuſcepit ſenſū. vt ea p inq̄ſitionē dicat: q̄ for-
taſſe p tētationē impita mēs ſentiat. Nā q̄t ſnīas q̄ſi p
inq̄ſitionē mouet: q̄ſi tot in ſe pſonas diuerſoꝝ ſuſcipit

Eccleſiaſtes cōcionator dicitur.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Sꝫ ꝯcionatoꝛ verax velut extẽſa manu oĩm tumult⁹ ſe-
dat: eoſqꝫ ad vnã ſentẽtiã reuocat: cũ i eiuſdẽ libri ter-
Eccl'. xij. mino ait. Finẽ loquẽdi oẽs parit' audiam⁹. Deũ time:
et mãdata ei⁹ obſerua. hoc ẽ ei oĩs hõ. Si eni i libro eo-
dẽ ꝑ locutionẽ ſuã multoꝝ ꝑſonas nõ ſuſcepat: cur ad
audiẽdũ loquẽdi finẽ ſecũ parit' oẽs admonebat. Qui
igit' i fine libri dicit. oẽs parit' audiam⁹. ipſe ſibi teſtis
eſt. qꝛ i ſe multoꝝ perſonas ſuſcipiẽs q̃ſi ſol⁹ locut⁹ nõ
eſt. Unde ꝛ alia ſũt q̃ i libro eodẽ ꝑ inq̃ſitionẽ mouent'
atqꝫ alia q̃ per rationẽ ſatiſfaciũt. alia q̃ ex tẽtant' ꝓ-
fert aĩo: atqꝫ hui⁹ mũdi delectationib⁹ dediti. alia võ i
quib⁹ ea q̃ rationis ſũt diſſerat: atqꝫ aĩmũ a delectatio
Eccl'. v. ne ꝯpeſcat. ibi nãqꝫ ait. Hoc itaqꝫ mihi viſũ ẽ bonũ vt
comedat q̃s ꝛ bibat ꝛ fruatur leticia ex labore ſuo. Et
Eccl'. vij. longe ĩferi⁹ ſubiũgit. Meli⁹ ẽ ire ad domũ luct⁹: q̃ȝ ad
domũ ꝯuiuij. Si eni bonũ eſt mãducare ꝛ bibere: meli
us fuiſſe videbat' ad domũ cõuiuij pergere q̃ȝ ad domũ
luctus. Ex qua re oſtendit': qꝛ illud ex infirmãtiũ ꝑſõa
cõcordat intulit: hoc vero ex rationis diffinitiõe ſubiũxit. Nam
dicta ſa- ipſas ꝑtinus rationis cauſas ediſſerit: ꝛ de domo luct⁹
lomonis que ſit vtilitas oſtendit dicẽs. In illa eni finis cũctoꝝ
admonet' hoĩm: et viuẽs hõ cogitat q̃d futur⁹ ſit. Rur-
Eccl'. xj. ſum illic ſcriptũ ẽ. Letare iuuenis in adoleſcẽtia tua.
Ibidem. Et paulo poſt ſubditur. Adoleſcẽtia eni ꝛ voluptas va
na ſunt. Qui dũ hoc poſt vanũ eſſe redarguit: q̃d pri⁹
admonuiſſe videbat': patenter indicat. qꝛ illa q̃ſi ex de
ſiderio carnali verba intulit: hec vero ex iudicij verita
te ſubiũxit. Sicut ergo delectationẽ pri⁹ carnaliũ exp
mens curis poſtpoſitis denũciat bonũ eẽ mãducare ꝛ
bibere: quod tamẽ poſtmodũ ex iudicij ratione rephẽ-
dit. cũ eſſe melius dicit ire ad domũ luct⁹: q̃ȝ ad domũ
conuiuij. Et ſicut ait. letari debere iuuenẽ in adoleſcẽ-
tia ſua: quaſi ex deliberatione carnalium proponit: ꝛ
tamẽ poſtmodum per diffinitionẽ ſententie adoleſcẽ-
tiam et voluptatem vana eſſe redarguit. Ita etiam cõ-
cionatoꝛ noſter velut ex mente infirmantium humane
ſuſpitionis ſententie proponit dum dicit. Unus inte-
ritus eſt hominis et iumẽtoꝝ: ꝛ equa vtriuſqꝫ ꝯditio.



Sicut morit' homo: ſic et illa moriunt'. ſimilit' ſpirant
oĩa. et nihil habet homo iumentis ãplius. qui tamẽ ex
diffinitione rationis ſuã poſtmodum ſentẽtiam protu
lit dicens. Quid habet amplius ſapiens ſtulto ꝛ quid Eccl'. vj.
pauper: niſi vt pergat illuc vbi eſt vita. Qui igit' dixit
nihil habet hõ iumẽtis ampli⁹: ipſe rurſum diffiniuit.
quia habet aliquid ſapiens non ſoluꝫ amplius a iumẽ
to: ſed etiaꝫ ab homine ſtulto. videlicet vt pergat illuc
vbi eſt vita. Quibus verbis primũ ĩdicat: quia hic ho
minũ vita non eſt: quaꝫ eſſe alibi teſtatur. Habet ergo
homo hoc amplius iumentis quia illa poſt mortem nõ
viuant. Hic vero tunc viuere inchoat: cum per morteꝫ Nota.
carnis hanc viſibilem vitam cõſummat. Qui etiam lõ
ge inferius dicit. Quodcũqꝫ poteſt manus tua facere
inſtanter operare. qꝛ nec opus. nec ratio. nec ſcientia.
nec ſapientia erit apud inferos quo tu ꝓperas. Quõ
ergo vnus interitus eſt hominis et iumenti: et eq̃ vtri-
uſqꝫ conditio: Aut quomodo nihil habet homo iumen
tis amplius: cum iumenta poſt mortẽ carnis nõ viuũt
Hominum vero ſpiritus pro malis ſuis operibus poſt
mortẽ carnis ad inferos deducti nec in ipſa morte mo-
riuntur: ſed in vtraqꝫ tam diſpari ſententia demõſtra
tur. quia concionatoꝛ verax eſt. et illud ex tentatione
carnali intulit. et hoc poſtmodum ex ſpiritali veritate
diffiniuit.

Petrus.

l Ibet neſciſſe q̃d reqſiui: dũ me in tanta ſubtilita-
te ꝯtigit diſcere quod neſciui. Sꝫ queſo te vt me e-
quanimiter feras: ſi ipſe q̃ȝ apud te more eccleſiaſt' no
ſtri infirmantiũ in me perſonã ſuſcepero: vt eiſdẽ ĩfir-
mantibus prodeſſe ꝓpinq̃us quaſi ꝑ eoꝝ inquiſitione
poſſim.

Gregorius

c Ur condeſcendentem te infirmitati proximo-
rum equanimiter non ferã. cuꝫ paulus dicat:
omnibus omnia factus ſuꝫ: vt omnes facerem ſaluos j. Coꝛ. ix
Quod ipſe quoqꝫ dum ex condeſcenſione charitatis
egeris: in hac re amplius venerari debes in qua morẽ
egregij predicatoris imitaris.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

CA.V. De queſtione aīe īuiſibiliter exeūtis: an ſit q̄ videri non poſſit. Petrus.

q Uodā fratre moriente p̄ſentē fuiſſe me ɔtigit. Qui repente dū loqueret' vitalē emiſit flatū. ꝛ quē pri⁹ mecū loquētē videbam: ſubito extinctum vidi. Sed eius anima vtrum egreſſa ſit an non: non vidi et valde durum videt' vt credatur res eſſe: quaꝫ nullus valeat videre. Gregorius.

q Uid mirū petre ſi egredientē aīaꝫ non vidiſti: quā et manentē in corpore nō vides? Nunqd nō modo cum mecum loqueris: qꝛ videre in me nō vales aīam meam iccirco me eſſe exanimē credis? Natura quippe aīe īuiſibilis eſt atqꝫ ita ex corpore īuiſibiliter egredit': ſicut ī corpore inuiſibiliter manet. q̄ꝺ vita aīe manentis ī corpore ſicut dep̄hendit' ex motu mēbroꝝ: ſic vita anime poſt corpus in ſanctis penſanda eſt ex virtute miraculorum. Petrus.

Aīa inuiſibilis eſt

ſ Ed vitā aīe ī corpe manētis penſare poſſū ex ipis motib⁹ corpis. qꝛ niſi corpi aīa adeſſꝫ: eiuſdeꝫ mēbra corpis moueri nō poſſent. vitā vō aīe poſt carnē q̄bus motib⁹ q̄buſue operib⁹ vtar': dicas vt ex reb⁹ viſis etiā colligā q̄ꝺ videre nō poſſum. Gregorius

n On quidē ſubtiliter: ſed ſolerter dico. qꝛ ſicut vis aīe viuificat ꝛ mouet corp⁹: ſic vis diuina īplet q̄ creauit oīa. et alia inſpirando viuificat. alijs tribuit vt viuant. alijs vero hoc ſolūmodo p̄ſtat vt ſint. Qꝛ ů eſſe non dubitas creantē et regentē. implentē et circūplectentē. tranſcendētem ꝛ ſuſtinentē. īcircunſcriptū atqꝫ inuiſibilem deū. ita dubitare non debes hunc inuiſibilia obſequia habere. Debent quippe ea q̄ miſtrant ad eius ſimilitudinē tendere cui miniſtrant. vt q̄ inuiſibili ſeruiunt: eſſe inuiſibilia non dubitentur. Hec autem que eſſe credimus: niſi ſanctos angelos ꝛ ſpiritus iuſtorum? Sicut ergo motuꝫ conſiderans corporis: vitam anime manentis ī corpore perpendis ab imo: ita vitaꝫ anime exeuntis e corpore perpēdere debes a ſūmo. qꝛ pōt īuiſibiliter viuere: quā oportet in obſeqo inuiſibilis conditoris manere. Petrus.

Nota.



r Ecte totum dicit'. ſed mens refugit credere: quod corporeis oculis nō valet videri. Gregorius

c Um paulus dicat. Eſt enī fides ſperādaꝝ ſubſtātia rerum argumēto non apparentiū. hoc veraciter dicitur credi: quod nō valet videri. Nam credi iam nō poteſt quod videri poteſt. vt tamē te breuiter reducam ad te: nulla viſibilia niſi per inuiſibilia videntur. Ecce enī cuncta corporea oculus tui corporis aſpicit: nec tñ ipſe corporeus oculus aliquid corporeū videret niſi hunc res incorporea ad videndū acueret. Nā tolle menteꝫ que non videtur: et incaſſum patet oculus q̄ videbat. Subtrahe aīaꝫ corpori: remanēt ꝓculdubio oculi in corpe aperti. Si igit' per ſe videbāt: cur diſcedēte aīa nihil vidēt? Hinc ergo collige: qꝛ ipſa q̄ꝫ viſibilia nō niſi ꝑ inuiſibilia vident'. Ponam⁹ q̄ꝫ āte oculos mētis edificari domus. imenſas moles leuari. pēdere magnas ī machinis colūnas. quis (queſo te) hoc op⁹ operat': corpus viſibile q̄ꝺ illas moles manibus trahit: an inuiſibilis aīa q̄ viuificat corpus? Tolle enī q̄ꝺ non videt' in corpore: ꝛ mox īmobilia remanēt mēbra cūcta que moueri videbant': ſicut viſibilia corpa metallorū. Qua ex re penſandū eſt. qꝛ in hoc q̄ꝫ mūdo viſibile nihil niſi ꝑ creaturā īuiſibilē diſponi pōt. Nā ſicut omps de⁹ aſpirādo vel īplēdo ea q̄ ratiōe ſubſiſtūt ꝛ viuificat et mouet inuiſibilia. ita ipa q̄ꝫ īuiſibilia īplēdo mouēt atqꝫ ſenſificāt carnalia corpora q̄ vident'. Petrus

Viſibilia per īuiſibilia videntur.

i Stis fateor allegatiōibus libent' victus ꝓpe nulla iam eſſe hec viſibilia exiſtimare ɔpellor: q̄ pri⁹ ī me infirmantiū perſonā ſuſcipiens de inuiſibilib⁹ dubitabā. Itaqꝫ placent cuncta que dicis: ſed tñ ſicut vitam aīe in corpore manentis ex motu corpori agnoſco ita vitā anime poſt corpus apertis quibuſdam reb⁹ atteſtantibus cognoſcere cupio.

CA.VI. Q̄ꝺ vita anime manentis in corpore ſicut dep̄henditur ex motu mēbroꝝ: ſic vita aīe poſt corp⁹ ī ſctis penſanda ē ex virtute miraculoꝝ. Gregorius.

h Ac in re ſi cor paratū tue dilectionis īuenio: ī allegatione minime laboro. Nunqd nā ſcti apoſtoli

i

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

et martyres xp̄i preſentē vitam deſpicerent: et ī mortē carnis animas ponerēt: niſi certiorē aīaꝝ vitam ſub ſe qui ſcirent? Tu vero ipſe inquies: qꝛ vitam aīe in corpe manentis ex motibus corporis agnoſcis. ⁊ ecce hi qui animas in mortē poſuerūt: atq; animaꝝ vitā poſt mortem carnis eſſe crediderūt quotidianis miraculis choruſcant. Ad extincta nāqꝫ eoꝝ corpora viuentes egri veniunt et ſanantur. periuri veniunt ⁊ demonia vexātur. demoniaci veniūt et liberantur. leproſi veniunt et mundantur. deferuntur mortui et ſuſcitanť. Penſa itaqꝫ eorum anime qualiter viuūt illic vbi viuunt: quorū hic ⁊ mortua corpora in tot miraculis viuūt? Si igitur vitam anime permanentis in corpore deprehēdis ex motu membroꝝ: cur non perpendis vitam anime poſt corpus etiā per oſſa mortua ī virtute miraculoꝝ?

Per miracl'a ſcōrū ꝓbat aīam immortalez

Petrus.

n Ulla vt opinor huic allegationi ratio obſiſtit: ī q̄ ex reb⁹ viſibilib⁹ cogim⁹ credere qđ nō videmus.

## CA. VII. De egreſſibus animarum. Gregori⁹.

p Aulo ſuperius queſtus es morientis cuiuſdā egredientem te aīam non vidiſſe: ſed hoc ipſū iam culpe fuit ꝙ corporeis oculis rē videre inuiſibilem queſiſti. Nam multi noſtroꝝ mentis oculū fide pura ⁊ vberi orōne mundātes egredientes e carne animas frequenter viderunt. Unde nūc mihi neceſſe ē vł qualiter egredientes anime viſe ſint: vel quāta ipe dū egrederentur viderint enarrare: quatenus fluctuanti aīo ꝙ plene ratio non valet: exempla ſuadent. In ſecundo nāqꝫ huius operis libro iam prefatus ſuꝫ ꝙ vir venerabilis benedictus ſicut a fidelibus eius diſcipulis agnoui lōge a capuana vrbe poſitus germani eiuſdem vrbis ep̄i aīam nocte media ī globo igneo ad celū ferri ab angelis aſpexit. Qui eandē ꝗ̄s aſcēdentē aīaꝫ intuēs mētis laxato ſinu quaſi ſub vno ſolis radio cunctum in ſuis oculis collectū mūdū vidit.

Bn̄dict⁹ aīam germani vidit.

## CA. VIII. De egreſſu aīe ſpecioſi monachi.



e Iſdē ꝗ̄s diſcipulis illi⁹ narrātib⁹ didici: qꝛ duo nobiles viri atq; exteriorib⁹ ſtudijs eruditi germani fratres. quoꝝ vnus ſpecioſus: alť gregorius dicebatur. eius ſe regule ī ſancta ꝯuerſatōe tradiderūt. Quos idem pater venerabilis ī monaſterio qđ iuxta taraconenſem vrbē cōſtruxerat: fecit habitare. Qui multas quidē pecunias ī hoc mūdo poſſederāt: ſꝫ cuncta pauperib⁹ ꝓ aīaꝝ ſuarū redēptione largiti ſūt et in eodē monaſterio permāſerūt. Quoꝝ vn⁹ ſcilicet ſpecioſus dū ꝓ vtilitate monaſterij iuxta capuanā vrbem miſſus fuiſſet: die quadam frater eius gregorius cū fratrib⁹ ad mēſam ſedēs atqꝫ cōueſcēs per ſpm̄ ſubleuatus aſpexit: ⁊ vidit ſpecioſi germani ſui aīam tam longe a ſe poſiti de corpore exire ꝙ mox fratrib⁹ indicauit ⁊ cucurrit. iamqꝫ eundē fratrē ſuū ſepultū reppit: quē tū ea hora q̄ viderat exiſſe de corpore inuenit.

Fr̄ morientis frīs animā vidit.

## CA. IX. De anima cuiuſdam incluſi.

q Uidaꝫ religioſus atqꝫ fideliſſim⁹ vir adhuc mihi in monaſterio poſito: narrauit ꝙ aliqui de ſicilie partib⁹ nauigio romā petētes in mari medio poſiti cuiuſdā ſerui dei qui in ſōnio fuerat īcluſus ad celum ferri aīam viderūt. Qui deſcendētes ad terram cauſamqꝫ an ita eſſet acta perſcrutātes: illo die iuenerūt obiſſe dei famulū: quo eū ad celeſtia regna aſcendiſſe cognouerunt.

## CA. X. De egreſſu aīe ſpei abbatis.

a Dhuc ī monaſterio poſit⁹ cuiuſdā valde venerabilis viri relatione cognui: qđ dico. Aiebat enī. qꝛ venerabilis pater noīe ſpes monaſteriū cōſtruxit in loco cui vocabulū cample ē. q̄ ſexti ferme miliarij interiacente ſpacio a vetuſta nurſie vrbe diſiūgitur. Hunc omp̄s et miſericors deus ab eterno verbere flagellādo protexit: eiqꝫ diſpenſationis ſue maximaꝫ ſeueritatem ſeruauit: ⁊ gratiaꝫ quātūqꝫ eū pri⁹ flagellādo diligeret: poſtmodū ꝑfecte ſanando monſtrauit.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

Eius nãq3 oculos per .xl. annoꝝ ſpaciũ cõtinue cecitatis tenebris preſſit: nullũ ei lumẽ vel extreme viſionis aperiens. Sed q2 nemo i verbere illi⁹ gratia deſtituente ſubſiſtit. et niſi idem miſericors pater qui penã irrogat patientiã preſtat: mox ꝑ ipatientiã peccatũ nobis ipſa auget correptio peccatoꝝ. Fitq3 modo miſerabili vt culpa noſtra vnde ſperare debuit terminũ: inde ſumat augmentũ. Iccirco noſtra deus ĩfirma ꝯſpiciens flagellis ſuis cuſtodiã permiſcet. atq3 in percuſſiõe ſua electis filijs nunc miſericorditer iuſtus ẽ: vt ſint q̃bus poſtea debeat miſereri. Unde venerabilẽ ſenẽ dñ̃s exterioribus tenebris ꝑmeret: interna nunq̃ luce deſtituit. Qui cũ flagello fatigaret̃ corporis: habebat ꝑ ſãcti ſpũs cuſtodiã cõſolationẽ cordis. Cũ vero iã anni quadrageſimi fuiſſet ĩ cecitate tẽpus expletũ: ei dñ̃s lumẽ reddidit: ⁊ vicinũ ſuũ obitũ denũciauit. atq3 vt monaſterijs circũquaq3 ꝯſtructis verbũ vite ꝑdicaret: admonuit. quatenus corporis recepto lumĩe: viſitatis ĩ circuitu fratribus cordis lumẽ aperiret. Qui ſtatim iuſſis obtẽperãs fratrũ cenobia circuiuit: mãdata vite q̃ agẽdo didicerat ꝑdicauit. Quītodecĩo igit̃ die ad monaſteriũ ſuũ pacta predicatione reuerſus ẽ. ibiq3 fratribus ꝯuocatis aſtãs ĩ medio ſacramẽtũ dñ̃ici corporis et ſãguinis ſũpſit. moxq3 cũ eis myſticos pſalmoꝝ cãtus exorſus ẽ. Qui illis pſallẽtib⁹ orõni intẽtus aĩam reddidit. Oẽs vero fr̃es q̃ aderãt ex ore ei⁹ exijſſe colũbã viderũt. q̃ mox aperto tecto oratorij egreſſa aſpicientib⁹ fratrib⁹ penetrauit celũ. Cui⁹ iccirco aĩam ĩ colũbe ſpecie apparuiſſe credẽdũ ẽ vt omĩps de⁹ ex hac ipſa ſpecie oñ̃deret q̃ſimplici corde ei vir ille ſeruiſſet.

Nota.

Spes abbas cec⁹ xl. annis curat⁹ ẽ.

Aĩa ſpei viſa ĩ ſpecie colũbe.

CA. XI. De egreſſu anime vrſini preſbyteri.

ſ

Ed neq3 hoc ſileã q2 vir venerabilis abbas ſtephanus qui non longe ante hoc in hac vrbe defunctus ẽ: quẽ ipſe etiã bene noſti in eadẽ prouincia nurſie cõtigiſſe referebat. Aiebat eñi q2 illic pr̃ſbyter quidã cõmiſſam ſibi cũ magno timore dñ̃i regebat eccleſiam. Qui ex tempe ordinationis accepte pr̃ſbyteram ſuã vt ſororem diligens: ſed quaſi hoſtẽ cauẽs



ad ſe ꝓpi⁹ accedere nunq̃ ſinebat. eãq3 ſibimet ꝓpinq̃re nulla occaſione ꝑmittẽs: ad ea ſibi ꝯmunionẽ fũditus familiaritatis abſciderat. Habẽt q̃ppe ſcĩ viri hoc ꝓpꝛiũ. nã vt ſp ab illicitis lõge ſint: a ſe plerũq3 etiã licita abſcindũt. Unũ idẽ vir ne vnq̃ ꝑ eã ĩcurreret culpã ſibi etiã ꝑ illã miniſtrari recuſabat neceſſaria. Hic ẽ venerabil' pr̃ſbyter cũ lõgã vite ĩpleſſet etatẽ ãno. xl. ordinatiõis ſue ĩardeſcẽte grauiter febre corrept⁹ ad extrema deduct⁹ ẽ. Sed cũ eũ pr̃ſbytera ſua ꝯſpiceret ſolutis iã mẽbris q̃ſi ĩ mortẽ diſtenſũ ſic q2 adhuc ei vitale ſpiramẽ adeſſet: narib⁹ ei⁹ appoſita curauit aure dinoſcere. Quod ille ſentiẽs cui tenuiſſim⁹ inerat flat⁹: q̃tulo niſu valuit vt loq̃ potuiſſz ĩferueſcẽte ſpũ collegit vocẽ atq3 erupit dicẽs. Recede a me mulier. adhuc igniculus viuit. paleã tolle. Illa igit̃ recedẽte creſcẽte virtute corporis: cũ magna cepit leticia clamare dicẽs. Bñ veniãt dñ̃i mei: bñ veniãt dñ̃i mei: q̃d ad tãtillũ ſuulũ veſtrũ eſtis dignati ꝯuenire: Uenio venio. gratias ago gratias ago. Cũq3 hoc iterata crebro voce repeterz quib⁹ hoc diceret noti ſui qui illũ circũſteterãt requirebãt. Quib⁹ ille admirãdo rñ̃dit dicẽs. Nunq̃d hic ꝯueniſſe ſctõs apl'os nõ videtis: beatũ petrũ ⁊ paulũ ꝑmos apl'oꝝ nõ aſpicitis: Ad quos iteꝝ ꝯuerſus dicebat. Ecce venio: ecce venio. atq3 inter hec verba aĩa3 reddidit Et q2 veraciter ſctõs apl'os videret: eos etiã ſequendo teſtat⁹ ẽ. Qđ plerũq3 cõtigit iuſtis vt ĩ morte ſua ſcõꝝ precedẽtiũ viſiones aſpiciẽt: ne ipſam mortis ſue penalẽ ſententiã ꝑtimeſcãt. ſed dũ eoꝝ mẽti internoꝝ ciuium ſocietas oſtenditur: a carnis ſue copula ſine doloris et formidinis fatigatione ſoluantur.

Nota.

Urſinus apl'os vidit.

CA. XII. De aĩa ꝓbi reatine vrbis epiſcopi.

q

Ua de re neq3 hoc ſileã q2 ꝓbus oĩpotentis dei famulus q̃ nunc ĩ hac vrbe monaſterio p̃ſto eſt quod appellatur reatũ de ꝓbo patruo ſuo reatine ciuitatis epõ michi narrare ꝯſueuit: dicens quia ꝓpinquãte vite ei⁹ termino eũ grauiſſima depſſit egritudo. Cuius pater noĩe maximus pueris circũquaq3

tranſmiſſis colligere medicos ſtuduit: ſi fortaſſe eiꝰ mo
leſtie ſubuenire potuiſſet. Sꝫ ꝯgregati ex vicinis locis
vndiqꝫ medici ad tactū vene: denūciauerūt eius exi-
tum citius affuturū. Sꝫ cū iā tempꝰ refectionis incū-
beret: atqꝫ diei hora tardior excreuiſſet: venerandus
ep̄us de illoꝝ potius q̄ꝫ de ſua ſalute ſollicitꝰ: eos q̄ ade
rant admonuit cū ſene patre i ſuperioris epiſcopij ſui
partes aſcendere: ſeqꝫ poſt laborē reficiē do reparare.
Oēs igitur aſcēderūt domū: vnꝰ ei tantū modo paruu
lus relictus ē puer: quē nūc q̄ꝫ p̄dictꝰ ꝓbus aſſerit ſupe-
eſſe. Qui dū lecto iacētis aſſiſteret: ſubito aſpexit ītrā
tes ad virū dei quoſdā viros ſtolis candidis amictos:
qui eundē q̄ꝫ cādorem veſtiū vultuū ſuoꝝ luce vicebāt
Qua ſplendoris etiā claritate percuſſus: q̄nam illi eſ-
ſent emiſſa cepit voce clamare. qua voce etiam ꝓbꝰ ep̄s
cōmotus: ītrantes eos aſpexit et agnouit: atqꝫ eundē
ſtridētē vagientēq̄ꝫ pueꝝ cōſolari cepit dicēs. Noli tie
re: qꝛ ad me ſanctꝰ iuuenalis ꝛ ſanctꝰ eleutheriꝰ marty
res venerūt. Ille aūt tante viſionis nouitatē nō ferēs
curſu ꝯcito extra fores fugit. atq̄ꝫ eos quos viderat pa
tri ac medicis nunciauit. Qui cōcite deſcēderūt ſed e-
grum quem reliquerant iam defunctum inuenerunt.
quia illi eum ſecum tulerant: quorum viſionē puer fer
re non potuit qui ibi remanſit.

Puer ſā- ctos vi- dit.

CA. XIII. De tranſitu galle ancille dei.

i nterea neqꝫ ſilendū arbitror quod mihi pſona-
rum grauiū atq̄ꝫ fidelium eſt relatione cōptuꝫ.
Gothoꝝ nanq̄ꝫ tēporibꝰ Galla huius vrbis no-
biliſſima puella ſimachi ac patricij filia: ītra adoleſcē-
tie tempora marito tradita: in vnius anni ſpacio eius
eſt morte viduata. Quam dū feruente mūdi copia ad
iterandū thalamū et opes et etas vocarent: elegit ma
gis ſpiritalibus nuptijs copulari deo in quibꝰ a luctu
incipiť: ſed ad gaudia eterna perueniť: q̄ꝫ carnalibus
nuptijs ſubijci: q̄ a leticia ſemper incipiūt ꝛ ad finem
cū luctu tēdūt. Huic aūt cū valde ignea cōſperſio cor-
poris ieſſet: ceperūt medici dicere qꝛ niſi ad amplexus

Nota.



viriles rediret: calore nimio cōtra naturā barbas eſſꝫ
habitura. qđ ita q̄ꝫ poſt factū ē. Sꝫ ſancta mulier nihil
exteriꝰ deformitatis timuit q̄ interiꝰ ſpōſi celeſtis ſpe-
ciem amauit. nec verita ē ſi hoc i illa fedareť: qđ a cele
ſti ſpōſo i ea nō amareť. Mox ergo vt eius maritus de
functus eſt abiecto ſeculari habitu ad oīpotentis dei
ſeruitiū ſeſe apud beati petri apoſtoli eccleſiā monaſte
rio tradidit. ibiqꝫ multis annis ſimplicitate cordis at
q̄ꝫ orationi dedita: larga īdigētibꝰ elemoſinaꝝ opera
impendit. Cūq̄ꝫ omnipotēs deꝰ perhennē iaꝫ mercedē
reddere eius laboribus decreuiſſet: cancri vlcere ī mā
milla percuſſa eſt. Nocturno aūt tempore ante lectum
eius duo candelabra lucere conſueuerāt. qꝛ videlicet
amica lucis non ſolum ſpiritales: ſed etiaꝫ corporales
tenebras odio habebat. Que dū nocte quadaꝫ ex hac
iaceret infirmitate fatigata: vidit beatū petrū ap̄l'um
inter vtraqꝫ candelabra ante ſuū lectum cōſtitiſſe. nec
perterrita timuit: ſed ex amore ſumens audaciā exul-
tauit eiqꝫ dixit. Quid eſt dn̄e mi. dimiſſa ſūt mihi pec-
cata mea? Cui ille [benigniſſimi vt eſt vultus] iclinato
capite annuit: dicens. Dimiſſa: veni. Sed qꝛ quandā
ſanctimonialē feminā in eodem monaſterio pre ceteris
diligebat: ilico galla ſubiūxit. Rogo vt ſoror Benedi-
cta mecū veniat. Cui ille reſpondit. Non: ſed illa talis
veniat tecum. hec vero quā petis: die te erit triceſimo
ſecutura. His itaqꝫ expletis viſio apoſtoli aſſiſtentis ꝛ
colloquētis ei ablata eſt. At illa ꝓtinus cūcte congre-
gationis aſciuit matrem. eiq̄ꝫ quid viderit: quidue au-
dierit indicauit. Tertio autē die cum ea que iuſſa fue-
rat ſorore defuncta eſt. Illa vero quaꝫ ipſa popoſcerat
die eſt triceſimo ſubſecuta. Quod factum nunc vſq̄ꝫ in
eodem monaſterio manet memorabile. ſicq̄ꝫ hoc a pre-
cedentibꝰ matribus traditum narrare illic ſolent ſub-
tiliter iuniores que nūc ſunt ſanctimoniales virgines
ac ſi illo in tempore huic tam' grandi miraculo et ipſe
affuiſſent.

Galla ad ſctm̄ pe- trum.

CA. XIIII. De tranſitu Seruuli paralitici.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſ Ed inter hec ſciendū ē: qꝛ ſepe aīabꝰ exeuntibu s
electoꝝ dulces ſolēt laudes celeſtes erūpe. vt dū
illā libenť audiūt: diſſolutionē carnis ab aīa ſētire mi
nime ꝑmittanť. Vn̄ in omelijs qꝫ euangelijs iā narraſſe
me memini. ꝙ in ea porticu q̄ euntibꝰ ad eccleſiā beati
clemētis ē ꝑuia fuit quidā ſeruulus noīe: cuiꝰ te qꝫ nō
ambigo meminiſſe. q̄ q̄dē pauper rebus: ſ3 meritis di
ues erat: quē lōga egritudo diſſoluerat. Nā ex quo illū
ſcire potuimꝰ: vſqꝫ ad finē vite paraliticꝰ iacebat. quid
dicam? qꝛ ſtare nō poterat: q̄ nūqꝫ in lecto ſurgere vel
ad ſedendū valebat. nūqꝫ manū ſuā ad os ducere. nū
qꝫ ſe potuit in latus aliud declinare. Huic ad ſeruiēdū
mater cū fratre aderāt ꝛ quicq̄d ex elemoſina potuiſſ3
accipere: hoc eoꝝ manibꝰ pauperibus erogabat. Neq̄
qꝫ litteras nouerat: ſed ſcripture ſacre ſibimet codiceſ
emerat. et religioſos quoſq3 in hoſpitalitatē ſuſcipiēs
hos corā ſe ſtudioſe legere faciebat. Factū eſt vt iuxta
modū ſuū plene ſacrā ſcripturā3 diceret: cū ſicut dixi
litteras funditꝰ ignoraret: ſtudebat ſp̄ in dolore gr̄as
agere: hymnis deo et laudibꝰ diebꝰ ac noctibꝰ vacare.
Sed cum iam tempꝰ eſſet vt tanta eiꝰ patientia remūe=
rari debuiſſet: mēbroꝝ doloꝛ ad vitalia redijt. Cūqꝫ iā
ſe morti proximū agnouiſſet: peregrinos viros atqꝫ in
hoſpitalitatē ſuſceptos admonuit: vt ſurgerēt: et cum
eo pſalmos ꝓ expectatiōe ſui exitꝰ decātarēt. Cūq3 cū
eis et ipſe moriēs pſalleret: voces pſallētiū repēte cō=
peſcuit cū terrore magni clamoris: dicēs. Tacete. nū=
quid non auditis quāte reſonēt laudes ī celo? Et dum
eaſdem laudes q̄s intus audierat: aurē cordis intēde
rat: ſancta illa anima carne exeūte ſoluta eſt. Qua ſci
licet exeūte tanta illic fragrantia odoris aſperſa ē: vt
omnes qui illic aderant: ineſtimabili ſuauitate reple=
renť. ita vt per hoc patenter cognoſcerēt ꝙ eas laudes
in celo ſuſcepiſſēt. Cui rei monachꝰ noſter īterfuit: qui
nūc vſqꝫ viuit: ꝛ cū magno fletu atteſtari ſolet. qꝛ q̄uſqꝫ
corpus eius ſepulture traderēt: ab eorū naribus odo=
ris illius fragrantia non receſſit.

Seruulꝰ ī exitu ā=gelos cā=tare audiuit.

## CA. XV. De tranſitu romule ancille dei.



N eiſdē qꝫ omelijs rē narraſſe me recolo: quam
i ſpecioſus p̄ſbyter meus q̄ hāc nouerat me nar=
rāte atteſtatꝰ eſt. Eo nāqꝫ tp̄e q̄ mōaſteriū petij:
anꝰ quedā redēpta noīe in ſcimoniali habitu ꝯſtituta
ī vrbe hac iuxta btē marie vgis eccleſiā manebat. Hec
illiꝰ diſciplia erudita fuerat: q̄ magnis vtutibꝰ pollēs
ſup p̄neſtinos mōtes vitā heremiticā duxiſſe ferebať.
Huic aūt redēpte due ī codē habitu diſcipule fuerant
vna noīe romula: ꝛ alťa q̄ nūc ſupeſt. ꝛ quā q̄dem facie
ſcio: ſ3 noīe neſcio. Tres itaqꝫ hec ī vno habitaclo com=
manētes. moꝝ q̄dē diuitijs plene: ſ3 tū paupē vitā rebꝰ
ducebāt. Hec autē quā p̄fatꝰ ſū romula aliā quā p̄dixi
ꝯdiſcipulā ſuā magnis vite meritis anteibat. Erat q̄p
pe mire patiētie. ſūme obediētie. cuſtos oris ſui ad ſilē
tiū. ſtudioſa valde ad cōtinue orōnis vſū. S3 qꝛ plerū
qꝫ hi q̄s iā hoīes pfectos eſtimāt: adhuc in oculꝭ ſummi
opificis aliq̄d impfectiōis habēt. ſicꝫ ſepe impiti hoīes
necdū pfecte ſculpta ſigilla conſpicimꝰ: etiā q̄ſi pfecta
laudamꝰ. q̄ tū adhuc artifex ꝯſiderat ꝛ limat: laudari
iā audit: ꝛ tū ea tūdere meliorādo nō deſinit. Hec quā
p̄diximꝰ romula ea quā greco vocabulo medici paraly
ſim vocāt moleſtia corporali pcuſſa ē. multiſqꝫ annis ī
lectulo decubās: pene oī iacebat mēbroꝝ officio deſti
tuta. nec tū hec eadē eiꝰ mētē ad īpatiētiā flagella pdu
xerāt. Nā ipa ei detrimēta mēbroꝝ fctā fuerāt īcremē
ta vtutū. qꝛ tāto ſoliciticꝰ ad vſū orōnis excreuerat: q̄
tō ꝛ aliud q̄olibet agē nequaqꝫ valebat. Nocte igiť qua
dā eadē redēptā quā p̄fatꝰ ſū q̄ vtraſq3 diſciplas ſuas
filiarū loco nutriebat vocauit dicēs. Mater veni: ma
ter veni. Que mox cū alia eiꝰ cōdiſcipula ſurrexit: ſicꝫ
vtriq3 referētibꝰ ꝛ multꝭ eadē res claruit: ꝛ ego qꝫ ī eo
dē tp̄e agnoui. Cūq3 noctꝭ medio lectulo iacētꝭ aſſiſte=
rēt: ſubito celitꝰ lux emiſſa: oē illiꝰ cellule ſpaciū īple=
uit. ꝛ ſplēdor tāte claritatꝭ emicuit: vt corda aſſiſtētiū
ieſtimabili pauore preſtrīgeret. atqꝫ vt poſt ipē refere
bat oē ī eiꝰ corpꝰ obrigeſceret: vt ꝛ ī ſubito ſtupore ma
nerēt. Cepit nāq3 q̄ſi cuiuſdā magne multitudinis in=
grediētꝭ ſonitꝰ audiri. oſtiūq3 cellule cōcuti: ac ſi igre=

Romule laudes.

Nota.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dictiũ turba ꝑmereꝛ. atq3 vt dicebãt itrãtiũ mltitudi-
nẽ sẽtiebãt. Sʒ nimietate timoꝛꝭ ⁊ lumis videre nõ po-
terãt. qꝛ eoꝝ oculos ⁊ pauoꝛ depſſerat: ⁊ ipa tãti lumis
claritas reuerberabat. Quã lucẽ ꝓtin⁹ ẽ miri odoris
fragrãtia ſubſecuta: ita vt eaꝝ animũ qꝛ lux emiſſa ter
ruerat: odoris ſuauitas refoueret. Sʒ cũ vim claritatꝭ
illi⁹ ferre nõ poſſent: cepit eadẽ romula aſſiſtẽtẽ ⁊ tre
mentẽ redẽptã ſuoꝝ moꝝ magiſtrã blãda voce ꝯſolari
dicẽs. Noli timere mater: nõ moriar modo. Cunq3 hoc
crebro diceret: paulatim lux q̃ fuerat emiſſa ſubtracta
eſt. ſed is q̃ ſubſecut⁹ eſt odoꝛ remãſit. ſicq3 dies ſecũd⁹
⁊ tertius tranſijt vt aſperſa odoris fragrãtia maneret
Nocte igitur quarta eandẽ magiſtrã ſuã iteꝝ vocauit:
qua veniẽte viaticũ petijt ⁊ accepit. Necdũ vero eadeʒ
redẽpta vel illa alia ei⁹ diſcipula a lectulo iacentis ab-
ſceſſerãt: ⁊ ecce ſubito in platea ante eiuſdẽ cellule ho-
ſtiũ duo chori pſallẽtiũ ꝯſtiterãt. et ſicut ipe dicebãt ſe
xus ex vocib⁹ diſcreuiſſe pſalmodie cãt⁹ dicebãt: viri ⁊
femie rñdebãt. Cũq3 añ fores cellule exhiberenꝛ cele-
ſtes exequie: ſcã illa aia carne ſoluta ẽ. Qua ad celuʒ
ducta quãto chori pſallẽtiũ alti⁹ aſcẽdebant: tanto ce-
pit pſalmodia lenius audiri quouſq3 et eiuſdẽ pſalmo
die ſonitus ⁊ odoris ſuauitas elõgata finiretur.

Celeſtes exequie.

## CA. XVI. De tranſitu tarſille virginis.

n

Onnunq̃ vero i ꝯſolatione egrediẽtis aie: ipſe
apparere ſolet auctoꝛ ac retributoꝛ vite. Vñ et
hoc qđ de tarſilla amica mea i omelijs euãgelij
dixiſſe me recolo: replicabo. que inter duas alias ſoro-
res ſuas virtute continue orationis. grauitate vite. ſin
gularitate abſtinentie: ad culmen ſanctitatis excreue
rat. Huic per viſionẽ felix attauus meus huius roma
ne eccleſie antiſtes apparuit eiq3 manſionẽ perpetue
claritatis oſtendit dicens. Veni: qꝛ in hac te lucis mã
ſione ſuſcipio. Que ſubſequente moꝝ febre correpta
ad diem peruenit extremuʒ. Et ſicut nobilibus femis
viriſq3 morientibus multi ꝯueniunt: qui eorum proxi
mos ꝯſolentur: eadem hora exitus ipſius multi viri ac



femie ei⁹ lectulũ circũſteterũt. Tũc ſubito illa ſurſum
reſpiciẽs Jeſum veniẽtẽ vidit: ⁊ cũ magna vocis aiad
uerſione cepit circũſtãtib⁹ clamare: dicẽs. Recedite:
recedite. qꝛ Jeſus venit. Cũq3 in eũ tẽderet quẽ vide-
bat ſcã illa aia a corpore egreſſa. tãtaq3 ſubito fragran
tia miri odoris aſpſa eſt: vt ipa q̃ ſuauitas cũctis oſtẽ-
deret illic auctorẽ ſuauitatis veniſſe. Cũq3 corp⁹ eius
ex more mortuoꝝ ad lauãdũ eſſʒ nudatũ: longe oꝛois
vſu in cubitis ei⁹ ⁊ genub⁹ cameloꝝ more inuẽta ẽ ob-
durata cutis excreuiſſe. Et qđ viuẽs eius ſpũs ſemper
egerit: caro mortua teſtabaꝛ.

Traſilla hieſũ vidit.

## CA. XVII. De tranſitu muſe puelle.

ſ

Ed neq3 hoc ſileã qđ predict⁹ ꝓbus dei famul⁹
de ſorore ſua noie muſa puella parua narrare
ꝯſueuit: dicẽs q̄ quadã nocte ei per viſionẽ ſan
cta dei genitrix virgo maria apparuit: atq3 coeuas ei i
albis veſtibus puellas oſtendit. Quib⁹ illa cũ admi-
ſceri appetiſſet: ꝫ ſe eis iungere non auderet: btẽ marie
virginis eſt voce requiſita an velit cũ eis eſſe: atq3 in
eius obſequio viuere. Cui cũ puella eadẽ diceret volo
ab ea ꝓtinus mandatũ accepit: vt nihil vltra leue aut
puellare ageret: ⁊ a riſu iocis ſe abſtineret. ſciẽs ꝑ oĩa
q̄ inter eaſdem virgines quas viderat ad eius obſeq-
um die triceſimo veniret. Quib⁹ viſis in cunctis ſuis
moribus puella mutata eſt: omneſq3 a ſe leuitates pu
ellaris vite magna grauitatis deterſit manu. Cunq3
eam parẽtes eius mutatã eſſe mirarentur: requiſita rẽ
retulit qđ ſibi beata dei genitrix iuſſerit: vꝫ quo die itu
ra eſſet ad obſequiũ eius indicauit. Tũc poſt. xxv. diẽ
febre correpta eſt. Die autẽ triceſimo cũ hora eius exi-
tus propinquaſſet: eandem beatam genitricem dei cũ
puellis quas per viſionẽ viderat ad ſe venire cõſpexit
Cui ſe etiã vocãti rñdere cepit: ⁊ depreſſis reuerẽter o-
cul' apta voce clamare. Ecce dña venio: ecce dña venio.
Jn q̃ etiã voce ſpm̃ tradidit. ⁊ ex virgineo corpore ha-
bitatura cũ ſanctis virginib⁹ exiuit. Petrus.

Muſa btãm virginẽ vidit.

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

C Um humanū gen⁹ multis atq; innumeris vitijs sit subiectū: hiɫr'm celestis patrie maximā partez ex paruulis vel infantib⁹ arbitror posse ꝯpleri.

CA.XVIII. Qꝛ quibusdā paruulis regni celest' adit⁹ a parētib⁹ claudit: cū ab eis male nutriūtur. ⁊ d̄ puero blasphemo oñdit ⁊ postmodū declarat. Gregori⁹

Paruul' a pētibus regnū celeste non nūq; claudit.

E T si oēs baptisatos īfantes atq; ī eadē infātia moriētes igredi regnū celeste credēdū est: oēs tñ puulos q̄ scilicet iā loq̄ possūt regna celestia ingredi credēdū nō est. qꝛ nōnullis paruulis eiusdem regni celestis adit⁹ a parētib⁹ claudit si male nutriant. Nā quidā vir cūctis in hac vrbe notissim⁹ ante trieniū filiū habuit annoꝝ sicut arbitror quiq;. quē nimis carnaliter diligēs remisse nutriebat. atq; idē puul⁹ (qd dictu graue est.) mox vt ei⁹ aio aliquid obstitiss3: maiestatē dei blasphemare ꝯsueuerat. q̄ in hac añ trieniū mortalitate percussus venit ad mortē. Cunq; eū suus pr̄ in sinu teneret (sicut hi testati sūt q̄ presentes fuerūt) malignos ad se venisse spūs trementib⁹ oculis puer aspiciēs cepit clamare. Obsta pater: obsta pater. Qui clamans declinauit faciē: vt se ab eis ī sinu patris abscōderet Quē cū ille tremētē requireret quid videret: puer adiunxit dicens. Mauri hoīes venerunt q̄ me tollere volunt. Qui cū hoc dixisset: maiestati nomē ꝑtinus blasphemauit ⁊ aīam reddidit. vt eni omnipotēs de⁹ ostenderet pro quo reatu talibus fuisset tradit⁹ executoribus. Unde viuentē pater suus noluit corrigere: h̄ morientē permisit iterare. vt q̄ diu p diuinitatis patiētiā blasphem⁹ vixerat: qñq; p diuinitatis iudiciū blasphemaret et moreret. quatenus reatum suū pater agnosceret: qui paruuli filij animā negligens non paruulū peccatorez gehenne ignibus nutriret. Sed interim h̄ triste seponentes: ad ea que narrare ceperamus leta redeamus.

D pmo. 5 annorꝫ adeõibꝫ delato

CA.XIX. De transitu stephani viri dei.



P Redicto eteni ꝑbo alijsq; religiosis narrātib⁹ viris agnouit: ea q̄ indicare audientib⁹ de venerabili patre stephano i omelijs euāgelij curaui. Fuit eteni vir sicut idē ꝑbus ⁊ multi alij testantur: nihil in hoc mundo possidens nihil querens. solam cum deo paupertatem diligens. inter aduersa sē per patientiam amplectens. ꝯuentus secularium fugiens. vacare semp orōni cōcupiscens. De quo vnū bonū virtutis refero: vt ex hoc vno valeant multa ei⁹ bona pensari. Js nāq; cū quadā die messem quā sua manu seuerat decisam ad aream deduxisset: nihilq; alid cū discipulis suis ad totius anni stipendiū haberet. q̄dam puerse volūtatis vir antiqui hostis stimulis instigatus: eandē messem igne supposito ita vt erat in area incēdit. Quod factū dū alter ꝯspiceret eidē dei famulo cucurrit et nunciauit. Quod postq; inclinauit adiūxit. dicens. Ue ve pater stephane: quid tibi ꝯtigit? cui statim vultu ac mente placida ille respondit. Ue quid illi contigit qui mihi hoc fecit: nā mihi qd ꝯtigit? Jn quibus ei⁹ verbis ostēditur ī quo virtutis culmine sedebat qui vnū qd in sumptū mūdi habuerat: tā secura perdebat mente. magisq; illi ꝯdolebat q̄ peccatū cōmiserat q̄ sibi qui peccati illi⁹ dāna tolerabat. nec pensabat qd ipe exterius: sed culpe reus q̄tū perdebat intus. Hunc itaq; cū dies mortis egredi d̄ corpe vrgeret conuenerunt multi vt tā sancte aīe de hoc secl'o recedēti suas animas cōmendarent. Cunq; lecto hi qui conuenerant oēs assisterēt: alij ingredientes angelos viderunt: sed dicere aliquid nullo modo potuerūt. alij omnino nil viderūt. Sed oēs q̄ aderāt ita vehemētissim⁹ timor percussit: vt nullus egrediēte illa sancta aīa illic stare potuisset. Et hi ergo q̄ viderant: ⁊ hi q̄ oīno nil viderant: vno oēs timore percussi ⁊ territi fugerūt. vt palā daret itelligi q̄ et quanta vis eēt q̄ illā egrediētē aīa3 suscipet: cui⁹ egressū nēo mortaliū ferre potuisset

Laus stephani.

Nota virtutē eius eximiaz.

CA.XX. qꝛ aliqñ anime meritum nō in ipso suo egressu: sed post mortem verius declaratur.

S Ed inter hec sciendū ē. quia aliquando aīe meri

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

tum non ī ipſo ſuo egreſſu oſtendit: poſt moꝛtem ů certius declarat. Vn̄ ⁊ ſcī martyres ab īfidelibꝰ crudelia multa perpeſſi ſunt: qui tn̄ vt p̄diximꝰ ad oſſa ſua moꝛtua ſignis quotidie et miraculis clareſcunt.

## CA·XXI· De duobꝰ monachis valentij abbatis.

v

Ite nāq3 venerabilis valētiꝰ ꝗ poſt ī hac romana vꝛbe mihi ſicut noſti ī eo q̄ȝ monaſterio p̄fuit: prius ī valerie ꝓuīcia ſuū mōaſteriū rexit. In quo dū lōgobardi ſeuientes veniſſent ſicut eiꝰ narratione didici: duos eius monachos ī ramis vniꝰ arboris ſuſpēderunt. ꝗ ſuſpenſi eodē die defūcti ſūt. Facto aūt veſpere vtroꝛūq3 eoꝝ ſpūs claris illic apertiſq3 vocibus pſallere ceperūt. ita vt ipi q̄ȝ qui eos occiderant cū voces pſallētiū audirēt nimiū mirati terrerent̄. q̄s videlicet voces captiui q̄ȝ oēs ꝗ illic aderant audierūt atq3 eoꝝ pſalmodie poſt modum teſtes extiterūt. Sed has voces ſpirituū omīps deꝰ icirco pertingere voluit ad aures coꝛpoꝝ: vt viuētes quiq3 ī carne diſcerēt: qꝛ ſi deo ſeruire ſtudeāt: poſt carnis moꝛtem veriꝰ viuāt.

Mōchi ſuſpenſi ad arbores canebant.

## CA·XXII· De tranſitu ſurani abbatis.

q

Uibuſdā religioſis q̄ȝ viris atteſtantibꝰ adhuc in monaſterio poſitus agnoui ꝙ hoc longobardoꝝ tempoꝛe iuxta ī hac ꝓuīcia que ſura noīat̄ quidam monaſterij pater vite venerabilis ſuranus nomine fuerit qui captiuis aduenietibꝰ atq3 a longobardoꝝ dep̄datione fugientibꝰ cūcta que ī monaſterio videbatur habere largitus eſt. Cūq3 in elemoſinis veſtimenta ſua ac fratrū oīa et cellariū cōſumpſiſſet: et q̄cquid habere in hoꝛto potuit expendit. Expenſis vo rebus oībus lōgobardi ad eū ſubito venerūt: eūq3 tenuerunt et aurū3 ab eo petere ceperunt. Quibus cū ille diceret ſe oīno nihil habere: ī vicino monte ab eis ductus eſt: in quo ſilua immēſis magnitudinis ſtabat: ibi captiuus quidam fugiens in caua arboꝛe latebat. vbi vnus ex longobardis educto gladio p̄dictum vene-



rabilē occidit virū. Cuiꝰ coꝛpe in terrā cadēte mōs oīs ꝓtinꝰ ⁊ ſilua cōcuſſa eſt: ac ſi ſe ferre nō poſſe pōdus ſāctitatis eiꝰ diceret: terraq3 tremuiſſet.

Miraculum.

## CAPI·XXIII· De trāſitu diaconi ecclīe marſoꝝ.

a

Lius q̄ȝ in marſoꝝ ꝓuīcia vite valde venerabilis diaconꝰ fuit. quē inuētū lōgobardi tenuerūt quoꝝ vnꝰ educto gladio caput eiꝰ amputauit. Sed cū coꝛpꝰ eiꝰ in terrā caderet: ipe ꝗ hūc capite trūcauerat immūdo ſpū coꝛreptꝰ: ad pedes eiꝰ coꝛruit. et qd amicū dei occidit: inimico dei traditꝰ oñdit.

Petrus.

q

Uid eſt h̄ q̄ſo te ꝙ omīps deꝰ ſic ꝑmittit moꝛi: q̄s tn̄ poſt moꝛtē cuiꝰ ſctitatꝭ fuerit nō patit̄ celari?

## CA·XXIIII· De moꝛte viri dei qui miſſus bethel fuerat.

Gregoꝛius.

c

Um ſcriptū ſit. Juſtus q̄cūq3 moꝛte p̄uētus fuerit iuſticia eiꝰ nō auferet̄ ab eo. electi ꝗ ꝓculdubio ad ꝑpetuā vitā tendūt: qd eis obeſt ſi ad modicū dure moꝛiunt̄? Et eſt foꝛtaſſe nōnunq̄ȝ eoꝝ culpa: licz mīma q̄ in eadē debeat moꝛte reſecari. vn̄ fit ꝙ reꝓbi ꝑtātē q̄dē ꝯtra viuētes accipiāt. Sz illꝭ moꝛiētibꝰ h̄ in eis ḡuiꝰ vīdicet̄: ꝙ ꝯtra bonos ꝑtātē ſue crudelitatꝭ accepūt. ſicut idē carnifex ꝗ eūdē venerabilē diaconū viuētē ferire ꝑmiſſus eſt: gaudē ſup moꝛtuū ꝑmiſſus nō ē: qd ſacra q̄ȝ teſtant̄ eloq̄a. Nā vir dei ꝯtra ſamariā miſſus: qꝛ ꝑ īobediētiā ī itinere comedit: hūc leo in eodē itinē occidit. Sz ſtatī illic ſcriptū ē: qꝛ ſtetit leo iuxta aſinā: ⁊ nō comedit leo de cadauere. Ex q̄ re oſtēdit̄ ꝙ pctm̄ īobediētie ī ipa fuerit moꝛte laxatū. qꝛ idē leo quē viuētē ꝑſumpſit occidē: ꝯtigē nō ꝑſūpſit occiſū. Qui enī occidēdi auſū habuit: ꝺ occiſi cadauere comedēdi licētiā ñ accepit. qꝛ is ꝗ culpabilꝭ ī vita fuēat punita īobediētia erat iā iuſtꝰ ex moꝛte. Leo g̊ qui pri-

iij. re. xiij

VNiVERSIDAD DE SALAMANCA GREDOS USAL

Leo cuſtodiuit cadauer iuſti.

us peccatoris vitam necauerat: cuſtodiuit poſtmodū cadauer iuſti. Petrus.

p Placet quod dicis. ſed noſſe vellē ſi tunc ante reſtitutionē corpoꝝ i celo recipi valeāt aīe iuſtoꝝ

CA.XXV. ſi ante reſtitutionē corporis recipiantur in celo anime iuſtoꝝ. Gregorius.

HOc neqꝫ de oībus iuſtis fateri poſſumus: neqꝫ b de oībus negare. Nā ſūt quorūdā iuſtoꝝ anime q̄ a celeſti regno quibuſdā adhuc māſiōibus differuntur. In quo dilationis dāno quid aliud innuitur niſi qđ de perfecta iuſticia aliquid minus habuerunt: et tamen luce clarius conſtat. qꝛ perfectoꝝ aīe mox vt huius carnis clauſtra exeunt: in celeſtis regni ſedibꝰ recipiuntur. quod ⁊ ipſa per ſe veritas atteſtatur dicēs.

Luc.xvij Ubicunqꝫ fuerit corpus: illuc cōgregabuntur ⁊ aquile. qꝛ vbi ipſe redēptor noſter ē corpore: illuc ꝓculdubio

Phil.j. colliguntur iuſtoꝝ aīe. Et paulus. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cum xp̄o. Qui ergo xp̄m in celo eē nō dubitat: nec pauli aīam eē in celo negat. Qui etiā de diſſolutiōe ſui cor

ij.Cor.v poris atqꝫ de inhabitatione celeſtis patrie dicit. Scimus qm̄ ſi terreſtris domꝰ noſtra huiꝰ habitationis diſſoluatur: ꝙ edificationem habemꝰ ex deo domū nō manu factā eternam in celis. Petrus

f SI igitur nunc ſunt in celo anime iuſtorum: quid ē qđ i die iudicij ꝓ iuſticie ſue retributiōe recipiēt? Gre.

h HOc eis nimirum creſcit in iudicio ꝙ nunc animarum ſola: poſtmodum vero etiam corporum beatitudine perfruuntur. vt ipſa quoqꝫ carne gaudeant in qua dolores pro dn̄o cruciatuſqꝫ pertulerunt. pro hac

Iſaie.lxj quippe geminata eoꝝ gloria ſcriptuꝫ eſt. In terra ſua duplicia poſſidebunt. Hinc etiam ante reſurrectionis diem de ſanctorū aīabus ſcriptum eſt. Date ſunt illis ſingule ſtole albe. Et dictū eſt illis vt requieſcerent tēpus adhuc modicū: donec impleretur numerus conſeruorum et fratrum eorum. Qui itaqꝫ nunc ſingulas acceperūt binas in iudicio ſtolas habituri ſūt. quia modo animarum tantūmodo: tunc aūt animarum ſimul et corporum gloria letabuntur. Petrus



a Sſētio. ſed vellē ſcire quonā modo agitur: qđ plerūqꝫ morientes multa predicunt.

CA.XXVI. Quibꝰ modis moriētes aliq̄ p̄dicūt. ⁊ de morte cuiuſdā aduocati. ⁊ de reuelatiōe gerōtij ac melliti monachoꝝ. ⁊ de morte pueri armētarij. et de diuerſitate linguaꝝ. Gregorius.

i Ipſa aliqñ aīaꝝ vis ſubtilitate ſua aliqd̄ ꝓuidꝫ. Aliqñ eñi exiture de corpe aīe ꝑ reuelationem vētura cognoſcūt. Aliqñ vo dū iā iuxta ſit vt corpus deſerāt diuinitꝰ afflate i ſecreta celeſtia icorporeū mētis oculū mittūt. Nā ꝙ vis aīe aliqñ ſubtilitate ſua ea q̄ ſūt vētura cognoſcit. Patꝫ ex eo ꝙ cū quidā aduocatꝰ q in hac vrbe añ biduū lateris dolore defūctꝰ ē. ſꝫ añ paululū q̄ȝ moreretur: vocauit pueꝝ ſuū p̄parari ſibi veſtimēta ad ꝓcedēdū iuſſit. Que dū puer q̄ſi īſanire cerneret: eiuſqꝫ p̄ceptis mīme obediret: ſurrexit. veſtimēto ſe īduit. ⁊ ꝑ viā appiā ad beati ſixti eccleſiā ſe eſſe ꝓceſſuꝝ dixit. Cūqꝫ poſt modicū igraueſcēte moleſtia eſſet defūctꝰ: deliberatū fuerat vt apud beatū ianuariū martyrē p̄neſtina via eiꝰ corpꝰ poni debuiſſet. Sed qꝛ lōgū hoc his q̄ funus eiꝰ curauerāt viſū fuiſſet repēte orto ꝯſilio exeūtes cū eiꝰ funere ꝑ viā appiā neſcienteſqꝫ illi qđ dixerat: ī ipā eū eccl'ia quā p̄dixerat poſuerūt. Et cū eū dē virū curis ſecularibꝰ obligatū: lucriſqꝫ terrenis īhiantē fuiſſe nouerimꝰ vñ hoc p̄dicere potuit. niſi qꝛ id qđ futurū erat eiꝰ corpi ipā vis aīe ac ſubtilitas ꝓuidebat. Qđ aūt ſepe etiam reuelationibꝰ agitur vt a morituris futura p̄ſciantur. Ex his colligere poſſumꝰ q̄ apud nos geſta ī monaſterijs ſcimꝰ. In monaſterio etenī meo quidā frater añ decēniū gerontiꝰ dicebatur. Qui cum graui moleſtia corporis fuiſſet depſſꝰ in viſione nocturna albatos viros et clari omnimodo habitus in hocipſum monaſterium deſcēdere de ſuperioribus aſpexit. Qui cum coram lecto iacentis aſſiſterent: vnus eoꝝ dixit. Ad hoc venimus vt de monaſterio gregorij quoſdam fratres in militiā mittamus: atqꝫ alteri precipiens: adiunxit. Scribe marcellū. valētinianū. agnellūꝫ. atqꝫ alios quorum nunc minime re

Aduocatus futura predixit.

k

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

cordor. Quibus expletis addidit: dicēs. Scribe ꝛ hūc
ipm̄ ꝙ nos aſpicit. Ex qua viſione certꝰ redditꝰ p̄dictus
frater facto mane īnotuit fratribꝰ q̄ et ꝙ eſſet ī breui ex
eadē cella morituri. poſt quos ſe etiā denūciauit eſſe ſe
cuturū. Cūq̧ die alio p̄dicti fratres mori ceperūt: atq̧
ſub eodē ordine ſe in morte ſecuti ſūt quo fuerāt in de
ſcriptione noīati. ad extremū vero et ipe obijt: q̄ eoſdē
fratres morituros p̄uidit. In ea q̄ꝫ mortalitate q̄ añ tri
enniū hanc vrbē vehemētiſſima clade vaſtauit: in por
tunēſis ciuitatis monaſterio mellitꝰ dictꝰ eſt monachꝰ
adhuc ī annis iuuenilibꝰ ꝯſtitutꝰ: ſed mire ſimplicita
tis atq̧ humilitatis vir. q̄ appropiquāte vocatiōis die
eadē clade percuſſus ad extrema deductꝰ ē. Quod vir
vite venerabilis felix eiuſdē ciuitatis ep̄s audiēs: cuiꝰ
et hec relatione cognoui ad eū accedere ſtuduit. et ne
mortē timere debuiſſet verbis hūc perſuaſorijs ꝯforta
re. cui etiā adhuc ð diuina mīa lōgiora vite ſpacia pol
liceri cepit. Sed ad hec ille reſpondit curſus ſui tp̄a eē
ꝯpleta: dicēs apparuiſſe ſibi iuuenē atq̧ epiſtolas de
Nota. tuliſſe dicētē. Aperi ꝛ lege. Quibꝰ apertis: aſſeruit q̄a
ſe ꝛ oēs q̄ eodē tēpe a p̄dicto ep̄o ī paſchali feſtiuitate
fuerant baptiſati: ſcriptos in eiſdē epiſtolis litterꝭ au
reis inuenio. Primū q̄dē vt dicebat ſuū nomē reppe
rit: ac ide omniū illo in tempe baptiſatorū. Qua de re
certum tenuit: et ſe ꝛ illos de hac vita eſſe ſub celerita
te migraturos. Factumq̧ eſt vt die eadem ipſe morere
tur: atq̧ poſt eum cuncti illi qui baptiſati fuerant ita
ſecuti ſunt: vt intra paucos dies nullus eoꝝ in hac vi
ta remaneret. De quibus nimirū cōſtat ꝙ eos p̄dictus
dei famulus iccirco auro ſcriptos viderat. quia eorū
noīa apud ſe fixa eterna claritas habebat. Sicut itaq̧
hi reuelationibus poterunt vētura cognoſcere: ita nō
nunq̄ egreſſure anime poſſūt etiā myſteria celeſtia nō
per ſomnium: ſed vigilando prelibare. Ammoniū nā
q̧ monaſterij mei monachum bene noſti. qui dū eſſet
in ſeculari habitu conſtitutus: valeriani huius vrbis
aduocati naturalem filiam in coniugio ſortitus: eius
obſequijs ſedule atq̧ inceſſanter adherebat. et queq̧



in eiꝰ domo agebātur nouerat. Qui mihi iā in mōaſte
rio poſitus narrauit ꝙ in ea mortalitate q̄ patricij nar
ſe temporibꝰ hanc vrbē vehemēter afflixit: ī domo p̄di
cti valeriani puer armētarius fuit p̄cipue ſimplicitatꝭ
et humilitatis. Cum vero eiuſdē aduocati domꝰ eadē
clade vaſtaretur: idē puer percuſſus eſt ꝛ vſq̧ ad mor
tem deductus. Qui ſubito ſublatus a p̄ſentibꝰ redijt:
ſibiq̧ dominū ſuū vocari fecit. cui ait. Ego in celo fui:
et qui de hac domo morituri ſunt agnoui. ille ille atq̧
illi morituri ſunt. tu vero ne timeas: qꝛ hoc tempe mo
riturus non es. Ut vero ſcias ꝙ me ī celo fuiſſe verū fa
teor: ecce accepi illic vt linguis oīm loquar. Nunqd ti Nota rē
bi incognitū fuit grecā me linguā oīno non noſſe: ꝛ tū miram.
grece loquar. vt cognoſcas an verū ſit ꝙ me omnes lin
guas accepiſſe teſtificor. Cui tūc grece dn̄s ſuus locutꝰ
eſt atq̧ ita illi in eadem lingua reſpondit: vt cūcti qui
aderant mirarent. In ea quoq̧ domo predicti narſe
ſpatarius vulgaris manebat. Qui feſtine ad egrū de
ductus ei vulgarica lingua locutus eſt. ſed ita puer il
le in italia natus et nutritus in eadem barbara locuti
one reſpondit: ac ſi ex eadem fuiſſet gente generatus.
Mirati ſunt omnes qui audiebant: atq̧ ex duarū lin
guarum experimento quas eū antea neſciſſe nouerāt
crediderunt de omnibus quas probare minime vale
bant. Tunc per biduum mors eius dilata eſt. ſꝫ die ter Mors ter
tio quo occulto iudicio neſcit: manus ac brachia lacer ribil' pue
toſq̧ ſuos dentibꝰ laniauit atq̧ ita de corpore exiuit. ri.
Quo mortuo omēs illi quos predixerat ex hac ꝓtinꝰ
luce ſubtracti ſunt. nulluſq̧ in hac domo eadem tem
peſtate defunctus eſt: qui voce illius denūciatus nō ē.

Petrus.

v Alde terribile eſt: vt qui tale donū percipere me
ruit: tali etiam poſt hoc pena plecteretur.

Gregorius.

q Uis occulta dei iudicia ſciat. ea que in diuino
examine cōprehendere non poſſumus: timere
magis q̄ diſcutere debemus.



UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL

## CA.XXVII. De morte theophanij comitis.

v T aūt de egredientib⁹ aiab⁹ q̄ multa ꝑnoſcūt ea que cepim⁹ exequamur: nec̄ hoc ſilendū eſt qd de theophanio centerelēſis vrbis comite i eadē vrbe poſitus multis atteſtātib⁹ agnoui. Fuit nāq3 vir mīe actib⁹ deditus. bonis operib⁹ intent⁹. hoſpitalitati ꝑcipue ſtudens. Exercendis quidē comitatus curis occupatus agebat terrena ⁊ tēporalia: ſ; vt poſt in fine claruit magis ex debito q̄ ex intentiōe. Nā dū appropinquante mortis eius tempore grauiſſima aeris tempeſtas obſiſteret ne ad ſepeliendū duci potuiſſet: eūq3 vxor ſua cū fletu vehemētiſſimo inq̄reret dicēs. Quid faciam? quō te ad ſepeliēdū eijciā: q2 hoſtiū dom⁹ hui⁹ egredi ꝑ nimia tēpeſtate nō poſſumus? Tūc ille rn̄dit. Noli mulier flere: q2 mox vt ego defūct⁹ fuero aeris ſerenitas redit. Cui⁹ ꝓtinus vocē mors: ⁊ mortē ſerenitas ſecuta eſt. quod ſignū etiā alia ſigna ſunt comitata. Nam man⁹ ei⁹ et pedes podagre humore tumeſcentes verſi in vulnerib⁹ fuerāt: ⁊ ꝓfluēte ſanie patebāt. Sed dū corpus ei⁹ ex more ad lauandu3 fuiſſet nudatū: ita manus pedeſq3 ei⁹ ſani inuēti ſūt: ac ſi vnq̄ vulnera nil habuiſſent. Duct⁹ itaq3 ac ſepult⁹ eſt. eiuſq3 ꝯiugi viſū eſt vt quarto die in ſepulchro illi⁹ marmor qd ſuperpoſitū fuerat mutari debuiſſet. Quod videlicet marmor corpori eius ſuperpoſitū dum fuiſſet ablatum: tāta ex corpore ipſius fragrātia odoris emanauit: ac ſi ex putreſcēte carne illi⁹ ꝓ vermib⁹ aromata ferbuiſſēt. Qd factū dū narrāte me i omelijs infirmis q̄buſdā veniſſ3 in dubium: die quodam ſedente me in cōuentu nobiliu3: ipſi artifices qui ſepulchro illi⁹ marmor mutauerāt affuerūt: aliquid me de propria cauſa rogaturi. Quos ergo de eode3 miraculo coram clero nobili ac plebe requiſiui: qui eadem odoris fragrantia miro modo ſe repletos fuiſſe teſtati ſunt. Et quedam alia in augmēto miraculi que nunc narrare longum exiſtimo: de eodē ſepulchro eius addiderunt.

theophanius comes futura ꝑdixit

**Petrus.**

i Nquiſitioni mee ſufficient' iā video ſatiſfactum:



ſed hoc eſt adhuc quod queſtione animum pulſat. quia cum ſuperius dictum ſit: eſſe iam ſanctorum animas i celo: reſtat proculdubio vt iniquoꝝ quoq3 anime eē nō niſi in inferno credantur. Et quid hac dē re veritas habeat ignoro. Nā humana eſtimatio non habet peccatorum animas ante iudicium poſſe cruciari.

## CA.XXVIII. Qꝫ ſicut perfectorum anime in celo: ita poſt diſſolutionē corpoꝝ iniquoꝝ aīe in inferno eſſe credende ſunt.

**Gregorius.**

ſ I eſſe ſanctoru3 animas in celo ſacri eloquij ſatiſfactione credidiſti oportet vt per omnia eſſe credas et iniquoꝝ animas in inferno. quia ex retributione interne iuſticie ex qua iuſti iam gloriant' neceſſe eſt per omnia vt et iniuſti crucientur. Na3 ſicut electos beatitudo letificat: ita credi neceſſe eſt q̄ a die exitus ſui ignis reprobos exurat.

Nota.

**Petrus.**

e T qua ratione credendum eſt: quia rem incorpoream tenere ignis corporeus poſſit?

## CA.XXIX. Qua ratione credendum ſit vt incorporeos ſpiritus tenere ignis corporeus poſſit.

**Gregorius.**

ſ I viuentis hominis incorporeus ſpirit⁹ tenet' in corpore: cur non poſt mortem. cum incorporeus ſit ſpiritus etia3 corporeo igne teneatur?

**Petrus.**

i N viuente quolibet iccirco incorporeus ſpiritus tenet' i corpore: q2 viuificat corp⁹.

**Gregori⁹.**

ſ I incorporeus ſpiritus petre in hoc teneri poteſt quod viuificat: quare non penaliter et ibi teneat' vbi mortificatur? Teneri autem ſpiritum per igne3 dicimus: vt in tormēto ignis ſit videndo: atq3 ſentiēdo puniatur. Igne nanq3 eo ipſe patitur quo videt. ⁊ quia cremari ſi aſpicit: crematur. Sicq3 fit vt res corporea incorpoream exurat: dum ex igne viſibili ardor ac do-

Corporeus ignis in ſpūm peccatoris agit.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

lor inuiſibilis trahit. vt per ignem corporeũ mẽs ĩcor
porea etiã incorporea flãma crucietur. q̃uis colligere
ex dictis euangelicis poſſumus quia incendiũ anima
non ſolũ videndo: ſed etiã experiendo patiatur. Veri
tatis eteni voce diues mortuus in inferno dicit ſepul=
tus. Cuius anima q2 igne teneatur: inſinuat voce qui
Lu. xvi. abrahã deprecatur dicens. Mitte lazarũ vt intingat
extremũ digiti ſui in aquã et refrigeret linguã meã. q2
crucior in hac flãma. Dũ ergo peccatorẽ diuitẽ dãna=
tum veritas igne perhibet: quiſnã ſapiens reproborũ
aĩas teneri ignib9 neget? Petrus.

e Cce ratione ac teſtimonio ad credulitatem flecti=
tur anim9: ſed dimiſſus iteruz ad rigorem redit.
Quõ ei res corporea rem incorpoream teneat: atq3 af
fligere poſſit ignoro. Gregorius.

d Ic queſo an apoſtatas ſpiritus a celeſti gloria de
iectos eſſe corporeos: an ĩcorporeos ſuſpicaris?
Petrus.

q Uis ſanum ſapiens eſſe ſpiritus corporeos dixe=
rit? Gregorius.

g Ehenne ignem eſſe corporeum fateris?
Petrus.

i Gnem gehenne corporeum eſſe non ãbigo in quo
certum eſt corpora cruciari. Gregorius

mat. xxv c Erte reprobis veritas in fine dictura ẽ. Ite ĩ ignẽ
eternum qui paratus eſt diabolo et angelis eius.
Si igitur diabolus eiuſq3 angeli cum ſint incorporei:
corporeo ſunt igne cruciandi: quid nimirũ ſi anĩe ⁊ ãte
q̃ recipiant corpora poſſ ũt corporea ſentire tormẽta?
Petrus.

p Atet ratio: nec debet animus de hac revlterius
queſtione dubitare.

## CA. XXX. De morte theodorici regis arriani.

Gregorius.

p Oſtq̃ laborioſe credidiſti opere precium credo ſi
ea que mihi a viris fidelibus ſunt digeſta narra=
uero. Julian9 nanq3 huius romane eccleſie[ cui deo au
ctore deſeruio ]ſecundus defenſor[ qui ante ſeptem fer



me annos defunct9 eſt ]ad me adhuc ĩ monaſterio poſi=
tum crebro veniebat: et mecũ colloqui de aĩe vtilitate
ꝯſueuerat. hic itaq3 michi quadã die narrauit dicens.
Theodorici regis temporib9 pater ſoceri mei in ſicilia
exactionẽ canonis egerat: atq3 iam ad italiã rediebat
cuius nauis appulſa eſt ad ĩſulã q̃ liparis appellatur.
Et q2 illic vir quidã ſolitari9 magne ꝟtutis habitabat
duz naute nauis armẽta repararẽt: viſũ eſt ꝑdicto pa=
tri ſoceri mei ad eũdẽ virũ dei pergere: ſeq3 eius orati
onib9 ꝯmendare. Quos vir dñi cũ vidiſſet: eis int alia
colloquẽs dixit. Scitis q2 rex theodoric9 mortuus eſt.
Cui illi ꝓtinus rñderunt. Abſit. nos eũ viuentẽ dimiſi
mus: et nichil tale ad nos de eo nũcuſq3 ꝑlatũ ẽ. Qui
bus di famul9 addidit dicẽs. Etiã mortu9 eſt. nã heſter
no die hora nona inter ioãnẽ papã ⁊ ſimachũ patriciũ
diſcinct9 atq3 diſcalciatus: et vinctis manib9 deduct9
in hanc vicinã vulcani ollã iactat9 eſt. Quod illi audi=
entes ſollicite ꝯſcripſerunt diẽ: atq3 in italiã reuerſi eo
die theodoricũ regẽ inuenerũt fuiſſe mortuũ: quo eiuſ
exitus atq3 ſuppliciũ dei famulo fuerat oſtenſũ. Et q2
ioannem papã affligendo ĩ cuſtodiã occidit. ſimachuz
q̃ patricium ferro trucidauit. ab illis in ignem mitti
apparuit: quos in hac vita iniuſte iudicauit.

## CA. XXXI. De morte reparati.

e Odem q̃ tempore quo primũ remote vite deſi=
derio anhelabam: quidam honeſtus ſenex de=
uſdedit nomine valde huius vrbis nobilibus
amicus. michi quoq3 in amicitijs ſedule iungebatur:
qui mihi narrabat dicens. Gothorũ tempe quidẽ ſpe=
ctabilis vir reparatus nomine venit ad mortem. Qui
dũ diu iam cõmutatus ac rigidus iaceret: viſum eſt q2
ab eo funditus flatus vitalis exiſſet: atq3 exanime re=
manſiſſet corpus. Cunq3 et multi q̃ cõuenerant: ⁊ eum
iam mortuũ familia lugeret ſubito redijt: ⁊ cũctorum
plãgẽtiũ in ſtuporẽ verſe ſũt lachryme. Qui reuerſus
ait. Citi9 ad eccl'iam beati laurẽtij martyris que ex no
mĩe ꝯditoris damaſi vocat puerum mittite. et quid de



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

tyburtio p̄ſbytero agatᷣ videat: ⁊ renũciare feſtinet. q̇
videlicȝ tũc tyburtiꝰ carnalibꝰ deſideriis ſubiacere fe-
rebatᷣ: cuiꝰ adhuc vite morũqȝ bene q̄ȝ florētiꝰ eiꝰ nunc
eccl'ie p̄ſbyter meminit. Cũ vero puer pergeret: narra
uit idē reparatꝰ q̇ ad ſe reuerſus fuerat: q̄d de illo vbi
ductꝰ fuerat agnouit: dicēs. Paratꝰ fuerat rogus igēs
deductꝰ aũt tyburtius pb̄r in eo ē ſuppoſitꝰ atqȝ ſuppo
ſito igne ꝯcrematꝰ. Alius aũt parabatᷣ rogꝰ: cuiꝰ a t̄ra
in celũ cacumē tendi videbatᷣ. Cui emiſſa voce clama-
tũ eſt cuiꝰ eſſet. His dictis ſtatim reparatꝰ defunctꝰ eſt.
puer vero q̇ trãſmiſſus fuerat ad tyburtiũ: iam eũ mor
tuũ inuenit. Qui videlicet reparatꝰ ductꝰ ad loca pēa
rũ vidit. rediit. narrauit. ⁊ obiit. Aperte mõſtratᷣ q2 no-
bis illa nõ ſibi videret quibꝰ dũ adhuc cõceſſum ē viue-
re: licet etiã a malis operibꝰ emendare. Rogũ vero cõ-
ſtrui reparatus vidit nõ ꝙ apud infernũ ligna ardeāt
vt ignis fiat: ſed narraturꝰ hec viuētibus: illa de īcen-
dio prauoꝝ vidit: ex quibꝰ nutriri apud viuentes cor-
poreus ignis ſolet. vt per hec aſſueta viuentes diſcerēt
quid de inſuetis timere debuiſſent.

Reparatus loca penaꝝ vidit.

## CA. XXXII. De morte curialis cuius ſepultura incenſa eſt.

t Erribile etiã quoddã ī valerie ꝓuincia ꝯtigiſſe
vir vite venerabilis maximianꝰ ſiracuſanꝰ ep̄s
qui diu ī hac vrbe meo mõaſterio p̄fuit narrare
ꝯſueuit dicēs. Quidã curial' illic ſacratiſſimo paſcha-
li ſabbato iuuēculã cuiuſdã filiam ī baptiſmate ſuſce-
pit. Qui dum poſt ieiunium domum reuerſus multo-
qȝ vino ebriatus eandem filiam ſuam ſecuȝ manere pe
tiit. eamqȝ nocte illa [quod dictu nefas eſt] perdidit.
Cũqȝ mane facto ſurrexiſſet reus cogitare cepit vt ad
balneũ ꝑgeret: ac ſi aqua balnei lauaret maculã p̄cti.
Perrexit igitᷣ. lauit. cepitqȝ trepidare an eccl'iaȝ īgre-
di vellet. ſ ſi tãto die nõ iret ad eccl'aȝ erubeſcebat hoi-
nes. ſin ů iret: ꝑtimeſcebat iudiciũ d̄i. Uicit itaqȝ hũa-
na verecũdia: perrexit ad eccleſiam: ſed tremebundꝰ
ac pauens ſtare cepit. atqȝ per ſingula momēta ſuſpe-

Nota.



ctus qua hora immũdo ſp̄ũi traderetᷣ: ⁊ corã oī popu-
lo vexaretᷣ. Cũqȝ vehemēter timeret: ei in illa miſſarũ
celebritate q̄ſi aduerſi nihil ꝯtigit. q̇ letꝰ exiit: ⁊ die al-
tero eccl'iam iã ſecurus intrauit. Factũqȝ ē vt ꝑ ſex cõ-
tinuos dies letus ac ſecurus ꝓcederet: eſtimãs ꝙ eius
ſcelus dñs aut nõ vidiſſet: aut viſũ miſericorditer auer-
tiſſet. Die aũt ſeptimo ſubita morte defunctꝰ eſt. Cũqȝ
ſepulture traditꝰ fuiſſet: ꝑ longũ tēpus cũctis videnti
bus de ſepulchro illiꝰ flãma exiit. ⁊ tãdiu oſſa eiꝰ cõcre
mauit: quouſqȝ oē ſepulchrũ cõſumeret. ⁊ terra q̄ in tu
mulũ collecta fuerat defoſſa videretᷣ. Q̄ȝ videlicȝ op̄s
deus faciēs: oſtēdit q̄d eiꝰ aīa in occulto ꝑtulit: cuius
etiã corpus ante humanos oculos flamma cõſumpſit.
Qua in re nobis q̄ȝ hec audiētibꝰ exemplũ formidis
dare dignatus eſt: q̄tenꝰ ex hac ꝯſideratiōe colligamꝰ
q̄d aīa viuēs aſſentiēs pro reatu ſuo patitᷣ: ſi tãto ignis
ſupplicio etiã inſenſibilia oſſa cõcremantᷣ. Petrus.

Oſſa curial' in ſepulchro arſa.

n Oſſe velim: vel ſi boni bonos in regno: vel mali
malos in ſupplicio agnoſcãt.

## CAPI. XXXIII. Si boni bonos ī regno ⁊ mali malos in ſupplicio agnoſcunt.

Gregorius.

h Uius rei ſentētia in verbis eſt dominicis: quã
iã ſuꝑius ꝓtulimꝰ luce clarius demõſtrata. In
quibꝰ cũ dictũ eſſet. Homo quidã erat diues: ⁊
induebatᷣ purpura ⁊ byſſo: ⁊ epulabatᷣ quotidie ſplen
dide. ⁊ erat quidã mēdicus noīe lazarus: q̇ iacebat ad
ianuã eius vlceribꝰ plenus: cupiēs ſaturari de micis
que cadebãt de mēſa diuitis: ⁊ nemo illi dabat. ſ ⁊ ca-
nes veniebãt ⁊ lingebãt vlcera eius. Subiũctũ eſt ꝙ
mortuus lazarus portatꝰ eſt ab angel' in ſinũ abrahe.
⁊ mortuus eſt diues ⁊ ſepultus eſt in inferno. Qui ele
uãs oculos ſuos cũ eſſet in tormētis: vidit abrahã a lõ
ge ⁊ lazarũ in ſinu eius: ⁊ ip̄e clamauit dicēs. P̄r abra
hã miſerere mei: ⁊ mitte lazarũ vt intingat extremum
digiti ſui in aquã: ⁊ refrigeret linguã meã: q2 crucior
in hac flãma. Cui abrahã dixit. Fili recordare. q2 rece

Luc. xvi

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS USAL

pisti bona in vita tua: ⁊ lazarus similiter mala. Diues autem iam spem de seipso non habens ad ꝓmerendā suorum salutem conuertitur dicens. Rogo te pater vt mittas eum in domū patris mei. habeo enim quinqꝫ fratres: vt testetur illis ne et ipsi veniant in locū hunc tormētorū. Quibus verbis aperte declarat̃. quia ⁊ boni bonos: ⁊ mali malos cognoscunt. Si igitur abrahā lazarum minime recognouisset: nequaꝗ̄ ad diuitē in tormentis positum de transacta eius contritione loq̄retur: dicens ꝙ mala receperit in vita sua. Et si mali malos non recognoscerent: nequaꝗ̄ diues in tormētis positus fratrū suorū etiam absentiū meminisset. quomodo enim presentes non posset agnoscere: qui etiā ꝓ absentium memoria curauit exorare? Qua in re illud quoqꝫ ostenditur quod nequaꝗ̄ ipse requisisti. et q̄r boni malos: ⁊ mali cognoscunt bonos. Nam diues ab abraham cognoscitur: cui dictū est. Recepisti bona ī vita tua. Et electus lazarus a reprobo ē diuite cognitus quem mitti precat̃ ex nomine dicens. Mitte lazarū vt intingat extremum digiti sui in aquā et refrigeret linguam meam. In qua videlicet cognitione vtriusqꝫ partis cumulus retributionis excrescit: vt et boni amplius gaudeant qui secum eos letari conspiciunt quos amauerunt. et mali dū cum eis torquentur quos in hoc mundo despecto deo dilexerūt eos non solum sua: sed etiam eorū pena consumat. Fit aūt in electis quoddā mirabiliꝰ. q̄r nō solum eos agnoscūt quos in hoc mundo nouerunt: sed ⁊ inuisos ac incognitos recognoscūt bonos quos nunꝗ̄ viderunt. Nā cū antiquos patres in illa eterna hereditate viderit: eis incogniti per visionē non erunt quos in opere sp̄ nouerunt. q̄r enī illic omnes communi claritate deum conspiciunt. quid est quod ibi nesciant: vbi scientem omnia sciunt.

Pꝰ mortem boni malos et bonos mali ꝯcognoscēt.

CA. XXXIIII. ꝺ religioso moriēte qui ꝓphetas vidit.

n Am quidā nr̄ religiosus vir ⁊ vite valde laudabil̄ cū an̄ quadrienniū moreret̃: sicut religiosi aliȷ̄ q̄



presentes fuerūt testati sūt: in hora exitꝰ sui ionā prophetā: ezechielē qꝫ ⁊ danielē cepit aspicere. eosqꝫ dn̄os suos ex noīe clamare. Quos dū ad se venisse diceret: ⁊ depressis luminibꝰ eis reuerētie obsequiū p̄beret: ex carne eductꝰ est. Qua in re apte dat̃ intelligi que erit in illa incorruptibili vita noticia si vir iste adhuc ī carne corruptibili positus: ꝓphetas sāctos quos nimirū nunꝗ̄ viderat agnouit.

Moriēs ꝓphetas vidit.

CAPI. XXXV. Q̄r se etiā ignote aīe nōnunꝗ̄ exiture cognoscūt. q̄ vl̄ ꝓ culpis tormēta: vl̄ ꝓ bonis actibꝰ similia sūt premia recepture. ⁊ de morte ioannis ⁊ vrsi atqꝫ emorsi et stephani.

s Olet aūt plerūqꝫ ꝯtingere vt egressura aīa eos etiā recognoscat cū q̄bus ꝓ eq̄litate culparū vl̄ etiā premiorū in vna est māsione deputāda. Nā vir vite venerabil̄ eleutherius senex de quo p̄cedente libro multa narraui: in monasterio suo germanū fratrē ioānē se habuisse phibuit: q̄ ante dies. xiiȷ̄. suū fratribꝰ exitū predixit. Cūqꝫ decrescēte quotidie cōputaret dies: ante triduū q̄ vocaret̃ ex corpore febre correptus est. Ad horā vero mortis veniens mysteriū dn̄ici corporis ⁊ sanguinis accepit. Vocatisqꝫ fratribꝰ corā se psallere precepit. q̄bus tn̄ antiphonā ip̄e p semetip̄z de semetip̄o imposuit dicēs Apite mihi portas iusticie ⁊ ingressus in eas ꝯfitebor dn̄o. hec porta dn̄i. iusti ītrabūt per eam. Cunqꝫ corā eo assistētes frēs psallerēt: emissa subito ⁊ ꝑducta voce clamauit dicēs. Vrse veni Quod mox vt dixit eductus de corpore mortalē vitā finiuit. Mirati sunt frēs. q̄r hoc q̄d moriēs frater clamauerat ignorabāt Quo defūcto in monasterio facta est magna tristicia. Quarto aūt die quiddā fratribus necessariū fuit vt ad monasteriū aliud positū lōge trāsmitterēt. Illuc ꝗ̄ eūtes frēs oēs eiusdē monasteriȷ̄ mōachos: tristes vehemēter inuenerūt. Quibꝰ cū dicerēt q̄d habetis ꝙ vos ī tāto merore depmitis. respōderūt dicētes. Loci huius desolationē gemimus. q̄r vnus frater

Antiphona ioānis.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS

cuius nos vita in hoc monaſterio continebat hodie q̄r
tus eſt dies q ex hac luce ſubtractus ē. Cunq3 fratres
qui venerāt ſtudioſe inq̄rerēt qualiter dict⁹ fuiſſet: rñ-
derūt verſus. Qui vocationis ei⁹ horā ſubtiliter inq̄rē
tes: ipo eū momēto cognouerūt exiſſe d̄ corpore: q̄ p io-
annē qui apud eos defūct⁹ ē fuerat vocat⁹. Qua ex re
colligitur q2 vtrorūq3 par fuerat meriti. eiſq3 datū ē vt
in vna māſione ſocialiter viuerēt: q̄bus ex corpore ɔti-
git ſocialiter exire. Sz neq3 hoc ſileā qd dū adhuc laic⁹
viuerē: atq3 i domo mea q̄ mihi i hac vrbe ex iure pr̄is
obuenerat manerē: de q̄buſdā vicinis meis me ɔtigit
agnouiſſe. Quedā nanq3 iuxta me vidua galla diceba
tur. hec emorphium noīe iuuenē filiu3 habebat: a quo
nō longe quidā ſtephanus qui alio noīe optio dict⁹ fu-
Nota de ſtephano z eumorphio. it habitabat. Sed ide3 emorphi⁹ ad extrema vite veni-
ens vocauit puerū ſuū: eiq3 p̄cepit dicens. Uade z dic
ſtephano optioni vt concitus veniat: q2 ecce nauis pa-
rata eſt: vt ad ſicilia3 duci debeamus. Cunq3 hunc pu-
er inſanire crederet z obedire recuſaret: cepit ille vehe
menter innuere dicens. Uade z nuncia illi quod dico
quia nō inſanio. Egreſſus ē puer vt ad ſtephanū pgere
Cunq3 in medium iter veniſſet: ei alius quidā obui⁹ fa
ctus eſt: qui hunc requiſiuit dicēs. Quo vadis? Cui rñ
dit. Ad ſtephanum optionē a dño meo miſſus ſum. At-
q3 illi ptinus dixit. Ab eo venio: ſed ante me hac hora
defunctus eſt. Reuerſus vero ē puer ad emorphiū dñz
ſuum: ſed iam eū mortuū inuenit. Sicq3 factū ē vt dū
alter obuiā venit: et ex medio itinere puer reuerſus ē:
ex menſura ſpacij potuiſſet colligi q vno momēto vtri
q3 fuerant vocati.

Petrus.

t Erribile eſt valde quod dicitur. ſed queſo te cur e-
gredienti aīe nauis apparuit: vel cur ſe ad ſicili-
am duci moriturus predixit?

Gregorius.

a Nima vehiculo nō eget: ſ mirū nō ē ſi adhuc hoī i
corpore poſito illud apparuit quod p corp⁹ aſſue-
uerat videre. vt p hoc intelligi daretur quo eius aīa
ſpiritaliter duci potuiſſet. q vero ſe ad ſiciliam duci te-



ſtatus ē q̄d ſētiri aliud pōt: niſi q pre ceter̄ locis in ei⁹
terre inſul' eructāte igne tormētoꝝ olle patuerūt: q̄ vt
ſolēt narrare q̄ nouerūt laxat̄ q̄tidie finib⁹ excreſcūt
vt mūdi termīo appropiquāte q̄nto certū ē illuc ampli
us exurēdos colligi: tāto z eadē tormētoꝝ loca ampli⁹
videant' apparere. Qd omps de⁹ ad correptionē viuen Nota.
tiū in h̄ mūdo voluit oſtēdi vt mētes infideliū q̄ infer-
ni tormēta eſſe nō credūt: tormētoꝝ loca videāt q̄ audi
ta credere recuſāt. Qd x̄o ſiue electi: ſiue reprobi cui⁹
cōmunis cauſa in ope fuerit: in loca etiā cōia deducāt'
veritat̄ nobis x̄ba ſatiſfacerēt. ſi etiā exēpla deeſſent.
Ipa q̄ppe ppter electos in euāgelio dicit. In domo pr̄iſ Joannis
mei māſiones multe ſūt. Si eni diſpar retributio in il- xiiij.
la btitudīe et'na nō eſſ3: vna poti⁹ māſio q̄3 multe eſſet.
Multe q̄ māſiones ſūt in q̄bus z diſtīcti bonoꝝ ordīes
ſūt ppter meritoꝝ ɔſortiū ɔmunit' letent': z tñ vnū de-
nariū oēs laborātes accipiūt q̄ in multis māſionib⁹ di
ſtinguūt. q2 z vna ē btitudo quā illic pcipiūt: z diſpar
retributiōis q̄litas quā p opa diuerſa ɔſequunt'. Que
nimirū varietas iudicij ſui diē denūciās ait Tūc dicā math. xiij
meſſorib⁹. colligite zizaniā z ligate eā in faſcicul' ad cō
burēdū. Meſſores q̄ppe angeli zizaniā ad cōburēdū i
faſcicul' ligāt: cū pares parib⁹ in tormēt̄ ſimilib⁹ ſoci Nota.
ant. vt ſupbi cū ſupbis. luxurioſi cū luxurioſis. auari
cū auaris. fallaces cū fallacib⁹. inuidi cū inuidis. in-
fideles cū infidelib⁹ ardeāt. Cū ergo ſimiles in culpa
ad tormēta ſimilia deducant': q2 eos in locis penalib⁹
angeli deputāt: q̄ſi zizaniarū faſciculos ad cōburēdū
ligant.

Petrus.

a D inq̄ſitionē meam reſpōſionis ſatiſfactio patuit
cauſa rōnis: ſ q̄dnā eſt queſo te q nōnulli q̄ſi p er
rorē extrahunt' e corpore: ita vt facti exanimes redeāt
z eoꝝ quiſq3 audiſſe ſe dicat: q2 ipe nō fuerit q̄ erat iuſ-
ſus deduci.

CAPI. XXXVI. De is q̄ q̄ſi p errorē educi vident'
e corpore. z de vocatiōe z reuocatiōe petri monachi. et
de morte z reſuſcitatiōe ſtephani. ac de viſiōe cuiuſdā
militis: z de deuſdedit cui⁹ dom⁹ ſabbato viſa eſt edifi

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA

Hoc cũ ſit petre ſi bñ perpẽdit̃ nõ error ſꝫ admonitio ẽ. Supna ei pietas ex magna mie ſue largitate diſponit: vt nõnulli etiã pꝰ exitũ ad corpus redeãt. et tormẽta iferni q̃ audita nõ crediderãt ſaltẽ viſa ptimeſcãt. Nã quidã iliricianꝰ monachꝰ q in hac vrbe i monaſterio mecũ viuebat mihi narrare ꝯſueuerat. qꝛ quodã tpe cũ adhuc i heremo moraret̃ aſſerit qꝫ petrꝰ qdã mõachꝰ ex regiõe ortꝰ hiberie q ei i loco vaſte ſolitudis cui euaſa nomẽ ẽ iherebat. ſicut ipo narrãte didicerat: puſqꝫ heremũ peteret moleſtia corpis int̃ueniẽte defũctꝰ ẽ. ſꝫ ptinꝰ corpi reſtitutꝰ iferni ſe ſupplicia atqꝫ inumera loca flãmaꝝ vidiſſe teſtabat̃. Qui etiaꝫ qſdã huiꝰ ſeculi potẽtes i eiſdẽ flãmis ſuſpẽſos ſe vidiſſe narrabat. Qui cũ iã ductꝰ eſſet vt i illas et ipẽ mergeret̃: ſubito angelũ choruſci habitꝰ apparuiſſe fatebatur: q eũ i ignẽ mergi phiberet. Cui etiã dixit. Regredere: et qliter tibi pꝰ hꝫ viuẽdũ ſit cautiſſime attẽde. pꝰ quã vocẽ paulatĩ recaleſcẽtibꝰ mẽbris ab eťne mortis ſomno euigilans: cũcta q̃ circa illũ fuerãt geſta narrauit. tãtiſqꝫ ſe poſtmodũ ieiunijs vigilijſqꝫ cõſtrixit vt iferni eũ vidiſſe et ptimuiſſe tormẽta etiã ſi taceret lingua: ꝯuerſatio loqret̃. Quippe cui omĩpotẽtis dei mira largitate in morte actũ ẽ ne mori debuiſſet. Sꝫ qꝛ hũanũ cor grauis valde duricie eſſe ſolet: ita vt ipẽ qꝫ penarũ oſtẽſionẽ q oĩbꝰ vtilis eſt ptẽnat. Nã illuſtris vir ſtephanus quẽ bñ noſti de ſemetipo mihi narrare ꝯſueuerat. qꝛ i ꝯſtantinopolitana vrbe p quadã cauſa demoratus moleſtia corporis defunctꝰ eſt. Cũqꝫ medicꝰ atqꝫ pigmentariꝰ ad aperiẽdũ eũ atqꝫ ꝯdiendũ eſſet qſitus: et die eodẽ minime inuentꝰ: ſubſequẽte nocte corpꝰ iacuit inhũatũ. Qui ductꝰ ad iferni loca: vidit multa q̃ pꝰ audita non credidit. Sed cum preſidenti iudici preſẽtatus fuiſſet: ab eo receptus non eſt ita vt diceret. Non hunc adduci: ſed ſtephanum ferrarium iuſſi. Qui ſtatim reductus in corpore eſt: et ſtephanus ferrarius q iuxta eum habitabat: eadem hora defunctus eſt. Sic-

Stephanꝰ qdã penas inferni vidit.



qꝫ probatũ eſt vera fuiſſe verba que audierat: dum hec effectꝰ mortis ſtephani demõſtrauit. Ante trienniũ qꝫ in hac peſtilẽtia que hanc vrbẽ clade vehementiſſima depopulauit. in qua etiã corporali viſu ſagitte celitꝰ venire: et ſingulos quoſqꝫ ferire videbant̃: ſicut noſti ſtephanus idẽ defunctꝰ eſt. Quidã vero miles in hac eadem vrbe noſtra pcuſſus: ad extrema peruenit. Qui eductus e corpore exanimis iacuit: ſed citius redijt. et que cũ eo fuerãt geſta narrauit. Aiebat eni (ſicut tunc res eadẽ etiam multis innotuit) qꝛ pons erat: ſub quo niger atqꝫ caliginoſus fetoris intolerabilis nebulam exalans fluuius decurrebat. Tranſacto autem ponte amena erant prata atqꝫ virentia: odoriferis herbarũ floribus exornata: in quibus albatoꝝ hominũ cõuenticula eſſe videbantur. Tantuſqꝫ in eodem loco odor ſuauitatis inerat: vt ipſa ſuauitatis fragrãtia illic deambulantes: habitãteſqꝫ ſatiaret. Ibi mãſiones erãt diuerſorũ: ſingule magnitudine lucis plene. Ibi quedam mire potentie edificabat̃ domus: que aureis videbatur laterculis conſtrui. ſed cuius eſſet non potuit agnoſci. Erãt vero ſup ripaꝫ predicti fluminis nõnulla habitacula: ſed alia exurgẽtis fetoris nebula tãgebat. alia autẽ exurgẽs fetor a flumine minime tangebat. Hec vero erat in predicto põte pbatio: vt quiſqꝫ per eum vellet iniuſtus tranſire: in tenebroſum fetentemqꝫ fluuiũ laberetur. Iuſti vero quibꝰ culpa nõ obſiſteret: ſecuro per eum greſſu ac libero ad loca amena peruenirent. Ibi ſe etiam Petrum eccleſiaſtice familie maiorem: qui ante quadriennium eſt defunctus deorſum poſitum in locis deterrimis: magno ferri pondere ligatum ac depreſſum: vidiſſe confeſſus eſt. Qui dum requireret cur ita eſſet: ea ſe dixit audiſſe que nos qui cum in eccleſiaſtica domo nouimus: ſcientes eius acta recolimus. Nanqꝫ dictum eſt. Hec iccirco patitur quia ſi quid ei pro facienda vltione videbatur ad inferendas plagas: plus ex crudelitatis deſiderio qꝫ obediẽtie fuiebat. qđ ſic fuiſſe nullꝰ q illũ nouerat ignorat Ibi ſe etiã quẽdaꝫ pegrinũ preſbyterũ vidiſſe fatebat̃

Miles qdã acherõta et elyſios campos vidit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA

qui ad p̄dictū pontē veniēs tanta ꝑ eū auctoritate trā-
ſijt: quāta ⁊ hic ſinceritate vixit. In eodē quoqꝫ ponte
hūc quē p̄diximꝰ ſtephanū ſe cognouiſſe teſtatꝰ ē. Qui
dū tranſire voluiſſet: eiꝰ pes lapſus eſt: et ex medio cor
pore iā extra pōtē deiectꝰ a quibuſdā deterrimis viris
Nota cer ex flumine ſurgētibꝰ ꝑ coxā deorſū: atqꝫ a quibuſdam
tamen. albatis et ſpecioſiſſimis viris cepit per brachia ſurſū
ī ponte īferni trahi. Cūqꝫ h̔ luctamē cı̄ſet vt hūc boni ſpūs ſurſū ma-
li deorſū traherēt: ip̄e q̄ hec videbat ad corpus reuerſꝰ
eſt. ⁊ quid de eo plenıꝰ geſtū ſit: minime coḡuit. Qua ī re
de eiuſdē ſtephani vita d..r intelligi: qꝛ in eo mala car-
nis cū elemoſinaꝝ operatione certabant. Qui eī per
coxas deorſū per brachia trahebatꝛ ſurſū patꝫ nimirū
quia et elemoſinas amauerat: ⁊ carnis vitijs perfecte
nō reſiſtebat: q̄ eū deorſū trahebāt. Sed ī illo occulto
arbitris examine q̄d ī eo vicerit ⁊ nos ⁊ eū q̄ vidit et re
uocatus ē latet. Cōſtat tū qꝛ idē ſtephanꝰ poſtq̄ſ ſic ſupi
us narraui et infera loca vidit ⁊ ad corpꝰ redijt: ꝑfecte
vitā minime correxit. q̄ poſt multos annos de corpore
Nota. adhuc ī cert..mine vite et mortis exijt. Qua de re colli
gitur. quia ipſa quoqꝫ inferni ſupplicia cum demon-
ſtrantꝛ alijs hoc in adiutoriū: alijs vero in teſtimoniū
fiat. vt iſti videant mala que caueant: illi vero eo āpliꝰ
puniantꝛ: q̄m inferni ſupplicia nec viſa et cognita vita
revoluerunt. Petrus.

q Uid eſt hoc queſo te ꝙ in amenis locis cuiuſdam
domus laterculis aureis edificari videbatur? Ri
diculum eſt valde ſi credimus ꝙ in illa vita adhuc me-
tallis talibus egeamus. Gregorius.

q Uis hoc ſi ſanū ſapit intelligat. ſed per hoc q̄d il
lic oſtenſum eſt quiſquis ille eſt cui manſio ita cō-
ſtruebatur: aperte datur intelligi quid eſt quod hic o-
peratur. Nam quomodo premia eterne lucis elemoſi-
narum largitate promerebitur: nimirū conſtat qꝛ au
ro edificat manſionē ſuam. Quod enim ſuperius me
moriam fugit vt dicerem: idem miles qui hec viderat
narrabat ꝙ eoſdem laterculos aureos ad edificationē
domus ſenes ac iuuenes puelle et pueri ferebāt. Qua



ex re colligitꝛ. quia hi q̄bus hec pietas facta eſt: ip̄i illic
operatores eſſe videbantꝛ. Sic etiā quidā iuxta nos dꝰ Deus de
dedit noīe religioſus habitabat q̄ calceamēta ſolebat dit ſuam
operari. de quo alter per reuelationē vidit ꝙ eiꝰ domꝰ domum
edificabatur: ſed ī ea ꝯſtructores ſui ſolo die ſabbati vi ſabbato
debantꝛ operari. Qui eiuſdē viri poſtmodū ſubtiliter tm̄ edifi-
vitā requirēs: inuenit quia ex his que diebus ſingulis cabat.
laborabat: quicquid ex victu atqꝫ veſtitu ſupereſſe po-
tuiſſet: die ſabbato ad beati petri eccleſiam deferre cō
ſueuerat: atqꝫ indigētibꝰ erogare. Qua ex re ꝑpende:
qꝛ nō īmerito domꝰ ip̄iꝰ fabrica ſabbato creſcebat.

Petrus.

h Ac re mihi idonee video ſatiſfactū. ſꝫ q̄ſo te: q̄d eē
dicimus ꝙ quorūdam habitacula fetoris nebula
tangebantꝛ: quorūdā vero tangi nō poterant. vel ꝙ pō
tem quid eſt ꝙ fluuium vidit? Gregorius.

e X rerū petre imaginibꝰ penſantꝛ merita cauſarū. Nota.
Per pōtē q̄ppe ad amena loca trāſire iuſtos aſpe-
xit. qꝛ anguſta valde eſt ſemita que ducit ad vitā. Et fe
tentē fluuiū decurrentē vidit. qꝛ ad ima defluit quoti-
die carnalium hic putredo vitioꝝ. Et quorundam ha-
bitacula fetoris nebula tangebat: ⁊ quorundam vero
ab eo tangi non poterāt. quia ſunt pleriqꝫ qui mlta iā
bona opera faciūt: ſed tamē adhuc carnalibꝰ vitijs in
cogitationis delectatione tāguntꝛ. et iuſtū valde eſt vt
illic nebula fetoris obſideat quos hic adhuc carnis fe
tor delectat. Unde et eandē delectationē carnis eē be
atus. Job in fetore conſpiciēs de luxurioſo ac lubrico
ſententiā ꝓtulit: dicens. Dulcedo illius vermes. Qui Job vice
autē perfecte cor ab omni delectatione carnis excuti- ſimoq̄rto
unt: cōſtat nimirū quia eoꝝ habitacula fetoris nebu-
la non tanguntꝛ. Et notandū ꝙ idem fetor eſſe et nebu
la viſa ſit. qꝛ nimiꝝ carnalꝭ delectatio mētē quā inficit
obſcurat: vt veri luminis claritatem nō videat. ſed vn̄
delectatꝛ inferius: inde caliginē ſuꝑnam patiatur.

Petrus.

p Utamꝰne h̔ auctoritate ſacri eloquij poſſe mōſtra
ri: vt culpe carnaliū: fetoris pena puniantꝛ. Greg.



VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

p Oteſt. Nāq₃ libro geneſeos atteſtāte didicim⁹. qꝛ ſup̱ ſodomitas dn̄s ignē ꝛ ſulphur pluit. vt eos et ignis īcēderet: et fetor ſulphuris necaret. Qꝛ eī amore illicito corruptibil' carnis arſerāt: ſimul īcēdio ꝛ fetore perierūt. q̄ten⁹ ī pia ſua cognoſcerēt: qꝛ et ne morti fetoris ſui delectatione tradidiſſēt. Petrus.

d E his quibus dubius fui: nihil mihi fateor q̄ſtionis remanſiſſe.

CA·XXXVII· Qꝛ quorundā anime adhuc ī corpore poſite penale aliq̄d de ſpiritalibus vident. ꝛ de theodoro puero.

s Ciendū q̄₃ eſt: qꝛ nōnunq̄₃ aīe adhuc ī ſuis corporib⁹ poſite penale aliquid de ſpiritalibus vidēt. qd̄ tamē quibuſdā ad edificationē ſuam: quibuſdā vero ꝯtingere ad edificationē audiētiū ſolet. nā is de quo ī omelijs corā populo me narraſſe iā memini inquietus valde theodorus noīe puer fuit. qui in mōaſteriu₃ meū fratrē ſuū neceſſitate magis q̄₃ volūtate ſecutus ē. Cui nimiꝝ grauis erat ſi q̄s ꝓ ſalute ſua aliq̄d loqueret̄. Bona enī nō ſolū facere: ſed etiā audire nō poterat. nunq̄₃ ſe ad ſancte ꝯuerſationis habitū venire iurando. iraſcēdo. deridendo teſtabat̄. In hac autē peſtilētia que nuper hui⁹ vrbis populū magna ex parte ꝯſumpſit: percuſſus ī inguine ē perduct⁹ ad mortem. Cūq₃ extremū ſpm̄ ageret: ꝯuenerūt fratres vt egreſſum illi⁹ orando ꝓtegerent. Jam corp⁹ ei⁹ ab extrema parte erat p̄mortuū: ī ſolo tm̄ pectore vitalis adhuc calor anhelabat. Cūcti aūt fratres tāto ꝓ eo ceperūt orare: quāto eū iā videbāt ſub celeritate diſcedere. Tunc repēte cepit eiſdē fratrib⁹ aſſiſtētib⁹ clamare: ꝛ cū magnis vocib⁹ orōnes eoꝝ interrūpere: dicēs. Recedite: recedite. ecce draconi ad deuorandū dat⁹ ſū q̄ ꝓpter veſtrā preſentiā deuorare me nō poteſt. caput meū ia₃ in ſuo ore abſorbuit. date locū vt non me ampli⁹ cruciet: ſed faciat quod factur⁹ eſt. ſi ei ad deuorādū datus ſū: quare ꝓpter vos moras patior? Tunc fratres ceperūt ei dicere. Quid eſt qd̄ loqueris frater: ſignū tibi ſācte crucis imprime. Reſpōdit ille dicēs. Volo me ſignare

Theodorus puer prauus.



ſed nō poſſum. qꝛ ſquamis huius draconis p̄mor. Cūq₃ hoc fratres audirēt: ꝓſtrati in terrā cū lachrymis ceperūt ꝓ ereptione illi⁹ vehemētius orare: et ecce ſubito cepit eger clamare dicens. Gratias do. ecce draco q̄ me ad deuorandū acceperat fugit. orōnibus veſtris expulſus ſtare non potuit. ꝓ peccatis modo intercedite quia cōuerti paratus ſū et ſecularē vitā fundit⁹ relinq̄re. Homo ergo q̄ ſicut iā dictū eſt ab extrema corporis parte fuerat p̄mortuus reſeruatus ad vitam: toto corde ad deū cōuerſus eſt. Et poſtq̄₃ mutatus mente diu ē flagellis attritus et tūc eius aīa carne ſoluta eſt.

Theodori cōuerſio.

CA·XXXVIII· d̄ morte criſorij ꝛ monachi cuiuſdā yconie.

a T contra criſorius ſicut probus propinqu⁹ illius cuius iam ſuperius memoriam feci narrare conſueuit: vir in hoc mundo valde idoneus fuit. ſed tantum plenus vitijs: quantum rebus. ſuperbia tumidus. carnis ſue voluptatibus ſubditus. in acquirendis rebus auaricie facibus accenſus. Sed cu₃ tot malis dominus finem ponere decreuiſſet: corporali hunc moleſtia percuſſit. Qui ad extremum veniens eadem hora qua ia₃ de corpore erat exiturus: apertis oculis vidit teterrimos viros et nigerrimos ſpirit⁹ coram ſe aſſiſtere: et vehemēter īminere vt ad īferni clauſtra eum raperent. Cepit tremere. palleſcere. ſudare. et magnis vocibus inducias petere. filium ſuum noīe maximum quem ipſe iam monachus monachum vidit: nimis turbatus vocibus vocare dicens. Maxime curre. nunq̄₃ tibi mali aliquid feci: in fide tua me ſuſcipe. Turbatus mox maximus affuit. lugens ac perſtrepens familia conuenit. Eos autem quos ille īſiſtētes ſibi grauiter tolerabat: ipſi malignos ſpiritus videre non poterant: ſed eoꝝ preſentiam in cōfuſione: ꝛ pallore: ꝛ tremore illi⁹ q̄ trahebat̄ videbant. Pauore autē tetre eorum imaginis huc illucq₃ vertebat̄. in lectulo iacebat. in ſiniſtro latere aſpectu₃ eorum ferre non poterat: vertebatur ad parietem: ibiq₃ aderant. Cūq₃ cōſtrictus nimis relaxari ſe iā poſſe deſperaret: cepit ma

Criſori⁹ vitioſus homo.



VNiVERSIDAD DE SALAMANCA

gnis vocibus clamare. Inducias vel vſq₃ mane: īduci
as vel vſq₃ mane. S₃ cū hec clamaret: ī ipſis vocib⁹ ꝺ ha
bitaculo ſue carnis euulſus ē. De quo nimiꝝ ꝯſtat. ꝗa
pro nobis iſta nō ꝑ ſe viderit. vt ei⁹ viſio nobis ꝓficiat:
quos adhuc diuina patiētia lōganimiter expectat. nā
illi tetros ſpūs añ mortē vidiſſe ⁊ īducias petiſſe ꝗd ꝓ
fuit ꝗ eaſdē inducias q̄s petiīt nō accepit. Eſt etiā nūc
apud nos athanaſius ex yſauria p̄ſbyter: ꝗ in dieb⁹ ſu
is yconii rem terribilē narrat eueniſſe. Ibi nāq₃ vt ait
quoddā monaſteriū thōgolaton dicit. ī quo quidā mo
nachus magne eſtimationis habebat. bonis q̄ppe cer
nebat moribus: atq₃ in oī ſua actione ꝯpoſitus. Sed ſi
Nota. cut ex fine res patuit lōge aliter q̄₃ apparebat fuit. Nā
cū ieiunare ſe cū fratrib⁹ demōſtraret: occulte mādu
care ꝯſueuerat. quod ei⁹ vitiu₃ fratres oīno neſciebāt
Sed corporis ſuperueniente moleſtia ad vite extrema
perduct⁹ eſt. Qui cū iā eſſet ī fine: fratres ad ſe oēs qui
monaſterio inerāt cōgregari fecit. At illi a tali vt puta
bant viro moriente magnū quid ac ꝺlectabile ſe ab eo
audire crediderunt. Quibus ipſe afflictus et tremens
ꝯpulſus ē prodere cui hoſti traditus cogebat exire. nā
dixit. Quādo me vobiſcū credebatis ieiunare: occul
te comedebam. et ecce nunc ad deuorādū draconi tra
ditus ſū. qui cauda ſua mea genua pedeſq₃ colligauit
caput ſuū intra meū os mittens. ſpiritum meū ebibēſ
extrahit. Quibus dictis ſtatim defunctus eſt. atq₃ vt
penitendo liberari potuiſſet: a dracone quē viderat ex
pectatus non eſt. Quod nimiꝝ cōſtat q₂ ad ſolam vtili
tatem audientiū viderit: qui eum hoſtem cui traditus
fuerat: et innotuit et non euaſit. Petrus.
D Oceri vellem: ſi poſt mortem purgatorius ignis
eſſe credendus eſt.

## CA. XXXIX. An poſt mortē purgatorius ignis ſit.

Gregorius.

Joā. xii. I N euāgelio dicit dñs. Ambulate dū lucē habetis
Iſa. xlix Per ꝓphetā q̄₃ ait. Tēpe accepto exaudiui te ⁊
in die ſalutis audiui te. Qđ paul⁹ apl's exponēs



Ecce nunc tēp⁹ acceptabile. ecce nūc dies ſalutis. Sa ii. Coꝝ vi
lomon q̄₃ ait. Quodcūq₃ pōt manus tua facē: inſtāter Eccl. ix.
operare. q₂ nec opus. nec ratio. nec ſciētia. nec ſapien
tia erit apud inferos q̄ tu ꝓperas. Dauid q̄₃ ait. Qm̄ ī p̄s. cxxx
ſeculū mīa ei⁹. Ex quibus nimirū ſententiis cōſtat. ꝗa vii.
qualis hinc q̄ſq₃ egreditur: talis in iudicio preſentat.
Sed tñ de quibuſdā leuibus culpis eſſe añ iudiciū pur
gatorius ignis credendus ē: ꝓ eo q̄ veritas dicit. Qr math. xii
ſi q̄s ī ſctō ſpū blaſphemiā dixerit: neq₃ ī hoc ſeculo re
mittit ei: neq₃ ī futuro. In qua ſententia dat intelligi
quaſdā culpas in hoc ſeculo: quaſdā vero ī futuro poſ
ſe laxari. qđ enī de vno negat: conſequēs intellect⁹ pa
tet q₂ de q̄buſdā ꝯcedit. Sed tñ vt p̄dixi hoc de paruis
minimiſq₃ peccatis fieri poſſe credendū ē. ſicut eſt aſſi
due ocioſus ſermo: īmoderat⁹ riſus: vel peccatu₃ cure
rei familiaris. q̄ vix ſine culpa vel ab ipſis agit: ꝗ a cul
pa qualiter declinare debeāt ſciunt. aut nō in grauib⁹
rebus error ignorātie q̄ cūcta etiā poſt mortē grauant
ſi adhuc ī hac vita poſitis mīme fuerit relaxata. Nā cū
paul⁹ dicat xp̄₃ eſſe fūdamētū atq₃ ſubiūgat. Si q̄s ſu
peredificauerit ſuper hoc fundamētū. aurū. argentū.
lapides p̄cioſos. ligna. fenū. ſtipulā. vniuſcuiuſq₃ op⁹
quale ſit: ignis ꝓbabit. ſi cui⁹ opus māſerit: qđ ſupedi
ficauit mercedē accipiet. ſi cuiuſ op⁹ arſerit detrimētū
patietur. ipſe aūt ſaluus erit: ſic tñ quaſi ꝑ ignē. Quan
uis hoc de igne tribulatiōis in hac nobis vita adhibi
to poſſit intelligi: tñ ſi quis hoc de igne future purgati
onis accipiat: penſaudū ſollicite ē. q₂ illū per ignē di
xit poſſe ſaluari nō qui ſuper hoc fundamētū ferrū es
vel plūbū edificat. id ē peccata maiora: et iccirco duri Nota.
ora: atq₃ tunc iam inſolubilia. Sed lignum. fenum. ſti
pulam. id eſt peccata minuta atq₃ leuiſſima que ignis
facile conſumat. Hoc tamen ſciendu₃ eſt: quia illic ſal
tem de minimis nichil quiſq₃ purgationis obtinebit:
niſi bonis hoc actibus in hac adhuc vita poſitus vt il
lic obtineat: ꝓmereatur.

## CA. XL. De anima paſcaſii diaconi.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

n

Am cũ adhuc eſſem iuuenculus atq3 i laico habitu conſtitutus narrari a maioribus atq3 ſcientibus audiui. q paſchaſius huius apoſtolice ſedis diaconus cui⁹ apud nos rectiſſimi ⁊ luculenti de ſancto ſpiritu libri extant mire ſanctitatis vir fuerit. elemoſinaꝝ maxime operibus vacans. cultoꝛ paupeꝝ et contemptoꝛ ſui. Sed hic in ea contentione que inardeſcẽte zelo fidelium inter ſimachum atq3 laurentiu3 facta eſt: ad pontificatus oꝛdinem laurentium elegit. et oĩm poſt vnanimitate ſuperatuſ: in ſua tñ ſententia vſq3 ad die3 ſui exitus perſtitit: illum amando atq3 p̃ferendo que3 epiſcopoꝛum iudicio preeſſe ſibi eccleſia refutauit. Hic itaq3 cum tempoꝛibus ſimachi apoſtolice ſedis p̃ſulis eſſet defunct⁹: eius dalmaticã feretro ſuperpoſitam demoniacus tetigit: ſtatimq3 ſanatus ẽ. Poſt multũ vero tempus germano capuano ep̃o cuius ſuperius memoꝛiã feci medici p coꝛpoꝛis ſalute dictauerant vt in angularib⁹ termis lauari debuiſſet. Qui ingreſſus eaſdem termas predictum paſchaſium diaconum ſtantem et obſequentem in caloꝛibus inuenit. Quo viſo vehementer extimuit: et quid illic tãtus vir faceret inquiſiuit. Cui reſpondit. Pro nulla alia cauſa in hoc penali loco deputatus ſu3: niſi quia in parte laurentij contra ſimachum ſenſi: Sed queſo te: pro me dominum deprecare. atq3 in hoc cognoſces q exauditus ſis: ſi huc rediens me non inueneris. Qua de re vir domini germanus ſe in precib⁹ ſtrinxit: ⁊ poſt paucos dies redijt: ſed iam dictum paſcaſium in loco eodẽ minime inuenit. quia enim non malicie: ſed ignorantie erroꝛe peccauerat: purgari poſt moꝛtem a peccato potuit. Quod tamen credendu3 eſt quia ex illa elemoſinarum ſuarum largitate hoc obtinuit: vt tunc poſſet promereri veniam cum iam nil poſſet operari.

Paſcaſij laus.

Demõia c⁹ ſanat⁹

Error paſcaſij.

### Petrus.

q

Uid hoc eſt queſo te q in his extremis tempoꝛibus tam multa de animabus clareſcunt que ante latuerũt. ita vt apertis reuelatiõib⁹ atq3 oſtenſiõib⁹ vẽturũ ſeculũ inferre ſe nobis atq3 aperire videatur.



## CA. XLI. Cur in extremis tempoꝛibus tam multa d animabus clareſcunt que antea latuerunt.

### Gregoꝛius.

i

Ta eſt. nam quantum preſens ſeculum propinquat ad finem: tantum futurum ſeculum ipſa iam quaſi propinquitate tangitur: et ex ſignis manifeſtioꝛibus aperitur. Quia enim in hoc cogitationes noſtras viciſſim minime videmus: in illo autẽ noſtra in alterutrum coꝛda conſpicimus. Quid hoc ſeculum niſi noctem: et quid futurum niſi diem dixerim? Sed quemadmodum cum nox finiri et dies incipit oꝛiri ante ſolis oꝛtum ſimul aliquo modo tenebꝛe cũ luce commixte ſunt quouſq3 diſcedentis noctis reliquie in lucem diei ſubſequẽtis perfecte vertantur. Ita huius mundi finis iam cum futuri ſeculi exoꝛdio permiſcetur: atq3 ipſe reliquiarum eius tenebꝛe quadam iã rerum ſpiritalium permixtione tranſlucent: et que illius mundi ſunt multa iam cernimuſ. Sed nec dũ perfecte cognoſcimus: quia quaſi in quodam mentis crepuſculo hec velut ante ſolem videmus.

Nota.

### Petrus.

p

Lacet quod dicis. ſed de tanto viro paſcaſio hoc animum ad inquiſitionem mouet q poſt moꝛtem ad penalem locum ductus eſt: cuius feretri veſtis tangi potuit: et malignus ſpiritus ab obſeſſo homine fugari.

### Gregoꝛius.

h

Ac in re magna debet omnipotentis dei diſpenſatio et q̃ ſit multiplex agnoſci. Cuius iudicio actum eſt: vt idem vir paſcaſius et ipſe intus aliquanto tempoꝛe reciperet quod peccaſſet: et tamẽ ante humanos oculos mira per coꝛpus ſuum poſt moꝛte3 faceret qui ante moꝛtem eis quoq3 cognoſcentibus pia opera fecerit. vt neq3 hi qui bona eius videant de elemoſinarum illius eſtimatione fallerentur: neq3 ipſa ſine vltione laxaretur culpa: quam nec eſſe culpam credidit. et iccirco hanc fletibus non extinxit.

Quõ paſcaſi⁹ miraculũ fecerit.

### Petrus.



VNIVERSIDAD DE SALAMANCA

p. Expēdo que dicis. verūtamē hac rōne ꝯſtrictus: nō ſolū que intelligo: ſ etiā ipſa que in me nō intelligo cogor iā peccata formidare. ſed queſo te: qꝛ paulo ſupius ſermo de locis penalibꝰ inferni verſabatur. vbi nam eſſe infernū putamꝰ ſup hāc terrā: an ſubter hac terra eſſe credēdus eſt:

## CAPI. XLII. Ubi eſſe infernꝰ credēdus ſit.

Gregorius.

